

**IOANNES ANTONIUS BUGLIO  
BARO BURGII  
(1524-1526)**

**et**

**GUNDISALVUS DE SANGRO  
(1525)**

ANDREAE CRICII  
EPISCOPI PREMIS-  
tien ad Ioannem Antonium Pulle-  
onem Baronem Brugii muntiu  
Apostolicum in Vngaria,  
de negotio Prutenico  
Epistola.

STANISLAVS HOSIVS LECTORI.

Quis magis est clemens iniecto Rege Polono:  
Die fodes, quisquis tam pia facta leges.  
Hostilem potuit qui cum fudiisse crux  
Extripse manu funditus exigua.  
Abstinuit tamen ex vultu suscepit amorem  
Vixera quem saepe diripiisse sua.  
Id quod in hoc tradit nito fidelis libello  
Qui decus est uatum gloria Pontificum.  
Quem tu si memori lector studiose revolues  
Sicut sicut hec res quo sit acta modo.

Epistula Andreae Krzycki ad Ioannem Antonium Buglio de negotio Prutenico  
Hieronymus Wietor impressit, Cracoviae 1 Maii 1525 (cfr. N. 19)

(exemplar conservatum in Bibl. Ossoliniana Vratislaviensi, sign. XVI.Qu.2682)

## N. 1.

### Litterae credentiales

**Clementis VII pro Ioanne Antonio Buglio  
ad Sigismundum I, regem Poloniae datae**

Romae, 20 II 1524.

*Notum facit se Ioannem Antonium Buglio, baronem Burgii, nuntium suum in Hungariam remittere in causa defensionis istius regni a Turcis, et praeterea legato suo in Germania, card. Laurentio Campeggio, commisso, ut de eadem re tractaret. Eiusdem rei gratia eundem baronem etiam ad ipsum proficisci, cui ut fidem adhibeat petit.*

**Reg.:** AV, Arm. 39, ms. 44 f. 263r-v.

- **Ed.:** Theiner VMPL II, p. 414-415 (cum mendis).

**Cop.:** Kórnik BPAN, ms. 213 f. 88v-89r.

- **Ed.:** Działyński AT VII, p. 7-8.

Car.mo in Christo filio nostro [...]<sup>a)</sup>, regi Poloniae illustri.  
Clemens Papa VII

Car.me in Christo fili noster, salutem etc. Revertente ad Nos dilecto filio nostro Thoma, Cardinali Sancti Sixti, Legato in Hungaria nostro<sup>1</sup>, id quod Serenitati tuae iam notum credimus, nos, illius Regni, in nostra protectione et amore praecipui, curam paternam gerentes, Nuncium illuc nostrum istum, qui tuae Serenitati has reddet, dilectum filium Iohannem Antonium Pullionem, Baronem Burgii, nobis ob virtutes suas carum et huic muneri parem iudicatum, remisimus<sup>2</sup>, ubi sane eum nostro nomine apud illum, tibi et amore et sanguine coniunctum Regem, nostrum in Christo filium car.mum<sup>3</sup>, eius ac Regni sui securitati et commodis, post Dei omnipotentis honorem, incumbere iussimus; parteque alia dilectum filium nostrum Lauren[tium]<sup>b)</sup> Cardinalem Campegium, virum, de cuius auctoritate et multiplici [virtute]<sup>b)</sup> Serenitas tua audire potuit, Legatum nostrum in Germaniam misimus, non minus ut

<sup>1</sup> Thomas de Vio, dictus Cajetanus (1468-1533) OP, card. tituli S. Sixti ab a. 1517, qui in consistorio, 8 V 1523 celebrato, nominatus erat legatus a latere in Polonia, Bohemia et Hungaria (Korzeniowski AR, p. 84), revocatus a Clemente VII die 28 I 1524 (cfr. Pastor SP IV/2, p. 410), tunc in Italianum revertebatur.

<sup>2</sup> Cfr. Introductionem.

<sup>3</sup> Ludovicus II Jagellonides, rex Hungariae et Bohemiae.

eidem Hungariae Regno praesidia et auxilia, rebus ibi compositis, quam ipsis componendis invigilaret<sup>4</sup>.

Haec nos quoque tuae Serenitati significanda duximus<sup>c)</sup>, quam sciamus pro pietate erga Deum et necessitudine erga eundem Regem tua, illius, quem filii loco in [263v] amore habes, quique Regni curam, non minorem quam tui, istius semper gessisse et gerere. Itaque, quamquam nos illi Legato et isti Nuncio nostris, viris prudentibus et nobis probatis, longe tamen plurimum spei et praesidii in eodem Regno tuendo nobis affert et pollicetur virtus atque auctoritas tua, quam quum semper in Christi hostes validam et victricem experti simus, nostris etiam temporibus pronam ac felicem fore speramus. Quare ex praeteritis tuis gestis te incitantes, hortamur Serenitatem tuam in Domino, ut pro Dei omnipotentis honore suaequae sanctae fidei dignitate, proque consuetudine et virtute tua ad illius cognati Regis et Regni sui commoda et dignitatem omne tuum consilium atque auxilium accommodes, nobis praecipue hortantibus, qui et tibi [et illi]<sup>b)</sup> omni amoris significacione, [quantum poterimus<sup>b)</sup>, defuturi non simus, quemadmodum haec pluribus verbis aget cum Serenitate tua idem Nuncius noster. Quam hortamur, ut eius dictis plenam fidem adhibeat. Datum Romae etc., die XX Februarii 1524, Anno primo.

a) *Lacuna in registro.*

b) *Charta corrupta.*

c) *Sequitur in reg.: ut*

## N. 2.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Petro Tomicki, episcopo Cracoviensi**

Romae, 20 II 1524.

*Ioannem Antonium Buglio, baronem Burgii, commendat et pro tuendis rebus Ecclesiae gratias agit ac hortatur, ut, sicut hactenus fecit, pro suo episcopali officio annitur de caetero ad Dei honorem atque istius Ser.mi regis commoda procurandum, quemadmodum super his latius cum Fraternitate tua colloquetur idem Nuncius noster, cui nostra causa apud tuum Regem opportune aderis et fidem adhibebis.*

**Reg.:** AV, Arm. 39, ms. 44 f. 264v-265r.

- **Ed.:** Theiner VMPL II, p. 415.

**Cop. coaeva:** Kraków, BJ, ms. 6549 p. 124.

---

<sup>4</sup> Laurentius Campeggi (1474-1539), S.R.E. card. ab a. 1517, nominatus erat legatus a latere in Germania die 8 I 1524.

## N. 3.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Christophoro Szydłowiecki, regni cancellario**

Romae, 20 II 1524.

*Commendat Ioannem Antonium Buglio, qui cum esset nuntius in Hungaria, multa sibi rettulit de virtute et prudentia tua, quibus ad istam auctoritatem sublatus es<sup>5</sup>.*

**Reg.: AV, Arm. 39, ms. 44 f. 265r-v.  
- Ed.: Theiner VMPL II, p. 414.**

## N. 4.

**Ioannes Matthaeus Giberti  
Ioanni Antonio Buglio**

Romae, 17 VI 1524.

*Mittit bullam iubilaei et mandat, ut eam aepis Strigoniensi et Gnesnensi transmittat per Hungariam et Poloniam publicandam, si tamen cardinalis S. Sixti (Caietanus) nondum discesserit, ille hanc commissionem exequatur ipso sibi assistente.*

**Min.: AV, Lett. Particolari 154 f. 13r-v (manu ipsius Giberti).**

Al Sig. Barone, Nuntio d'Hungheria

V.ra Signoria harrà alligato una<sup>a)</sup> plico di bolle stampate qua et publicate da Nostro Signore, <sup>b)</sup>per le quali se intima el Iubileo, se exhorta<sup>b)</sup> ogni homo ad prepararsi col ieunio et confessione, dassi facultà di absolvendi ogni <sup>c)</sup>uno da tutti casi, etiam riservati<sup>c)</sup> et senza danari; il che quelle genti vogliono, <sup>d)</sup>come per una d'esse, quale se gli manda, V.ra Signoria più largamente ve-

---

<sup>5</sup> Originale responsum Christophori Szydłowiecki (1467-1532, palatinus Cracoviensis et regni Poloniae cancellarius ab a.1515) ad hoc breve, die 21 VII 1524 datum, invenitur in AV, Lett. di Principi, ms. 2 f. 218r (ed. Theiner VMPL II, p. 419).

drà<sup>d</sup><sup>6</sup>. Et benché Nostro Signore per suo breve ordina a V.ra Signoria il medesimo che io con questa<sup>7</sup>, li dirrò<sup>e</sup> [che] pure ad me anco ha commesso che gli scriva<sup>f</sup>, per il gran desyderio [sic] che Sua Santità ha, <sup>g</sup>non per alcuno suo commodo, ma solo per salute universale delle anime<sup>g</sup>, che queste bolle si exequiscano. Nella quale cosa V.ra Signoria serrà diligente al solito di esser prima<sup>h</sup> col Rev.mo Strigoniense, primate del Regno<sup>8</sup>, et mostrarli<sup>i</sup> el vostro breve<sup>9</sup> et exhortare Sua Signoria in nome di Nostro Signor ad distribuendum tra suoi suffraganei dette bolle <sup>d</sup>-et farle observare per tutto il Regno<sup>d</sup>.

Et il medesimo V.ra Signoria potrà far con lettere <sup>k</sup>-in Polonia<sup>k</sup>, scrivendo all'Arcivescovo Gneznense, primate <sup>l</sup>-in quelle bande<sup>l</sup><sup>10</sup>, mandandoli il suo breve et pachetto, che V.ra Signoria harrà qui alligato, <sup>d</sup>-del qual breve vi se ne manda copia<sup>d</sup><sup>11</sup>. Et se tanto in quello, quanto in questo Regno vi bisognasse el favor del Re, <sup>d</sup>-il che non si stima necessario<sup>d</sup>, V.ra Signoria ne potrà ricercare loro Maestà da parte di Nostro Signore, el quale di questo non gli scrive per esser cosa da se facile et<sup>m</sup> pia, et appartenersi<sup>n</sup> più ad la iurisdictione ecclesiastica che temporale.

L'effetto adunque è che<sup>o</sup> [13v] per la autorità spirituale, se basterà, altamente etiam con la regia, queste bolle con el suo motuproprio declarativo di esse, si publichino, predichino et banniscano in le chiese et lochi celebri <sup>d</sup>-di tutti doi quelli Regni<sup>d</sup>. Alché V.ra Signoria, et con parole et con lettere, exhorterà quelli dui Metropolitani ad farlo fare, sì<sup>p</sup> in le loro diocesi, <sup>r</sup>-come de tutti<sup>r</sup> loro suffraganeis<sup>s</sup>; quali anco V.ra Signoria <sup>t</sup>-parimente sponsorizi<sup>t</sup> et verbis et litteris, <sup>u</sup>-secondo saranno presenti o absenti, al medesimo, benché Nostro Signore giudica<sup>u</sup>, per essere <sup>v</sup>-questa cosa tanto pia et non si<sup>v</sup> domandaran danari, anzi per darsi plenaria indulgentia<sup>w</sup> et absolutione gratis ad tutto l'mondo, <sup>x</sup>-che tutto<sup>x</sup> habbi esser facile<sup>y</sup> et che ognuno de quelli Signori prelati <sup>z</sup>-sia per<sup>z</sup> exquire ardemente, et quelle due Maestà, tanto religiose, debbiano<sup>aa</sup> prestarvi ogni favore opportuno. <sup>ab</sup>-Donde Sua Santità ne expecta votiva et presta risposta, riposandosi in la prudentia et diligentia di V.ra Signoria, in le quali<sup>ab</sup> meritamente confida.

El presente plico si è indirizzato a V.ra Signoria, pensando che'l Rev.mo <sup>ac</sup>-Monsignor mio<sup>-ac</sup> di San Sisto sia già partito all'arrivarr di questa. Ma se per caso<sup>ad</sup> anco vi fusse, ad chi [sic] Nostro Signore anche scrive, V.ra Signoria<sup>ae</sup>, excusando me <sup>ac</sup>-prima con Sua Signoria Rev.ma<sup>-ac</sup> che non li scrivo per <sup>af</sup>-tal persuasione<sup>-af</sup>, la soliciterà <sup>ag</sup>-poi et li assisterà con diligentia in<sup>-ag</sup>

<sup>6</sup> Haec bulla primae inductionis iubilaei Anni Sancti 1525 (pro Hungaris et Polonis tantum?) non est nota historicis. Bulla inductionis generalis, quae incipit "Inter sollicitudines", et bulla deputationis poenitentiariorum, signatae fuerunt a Clemente VII solum die 23 XII 1524, v. Pastor SP IV/2, p. 535-536.

<sup>7</sup> Breve hoc non invenitur.

<sup>8</sup> Vladislau Szalkai († 1526), aepus Strigoniensis a 6 V 1524, antea cancellarius regni Hungariae.

<sup>9</sup> Breve, quo Clemens VII commendat Ioannem Antonium Buglio aepo Strigoniensi (non expresso nomine aepi Georgii Szakmári, qui obiit 7 IV 1524), 20 II 1524 datum, editum est a Theiner VMH II, p. 633.

<sup>10</sup> Epistula nuntii ad Ioannem Łaski desideratur.

<sup>11</sup> Reg. brevis ad primatem, dati 10 VI 1524, invenitur in AV, Arm 40, ms. 8 f. 145r.

exequir quanto di sopra<sup>ah)</sup>. [A la]<sup>ai)</sup> V.ra Signoria quanto posso mi raccomando. Roma, XVII Iunii MDXXIIII.

- a) *Sequitur expunctum*: grosso
- b) *Suprascriptum pro expuncto*: sopra iubileo proximo et che
- c) *Suprascriptum pro expuncto*: homo con-trito
- d, d-d) *Adscriptum in margine*.
- e) *Sequitur expunctum*: pure usando l'officio quasi di translatore
- f) *Sequitur expunctum*: acciò per più vie per mostrarli
- g-g) *Adscriptum in margine pro expuncto*: per salute dell'anima
- h-h) *Suprascriptum pro expuncto*: presentar
- i) *Suprascriptum pro expuncto*: exhortare
- k-k) *Suprascriptum pro expuncto*: al
- l-l) *Suprascriptum pro expuncto*: in quel Regno
- m) *Suprascriptum pro expuncto*: per esser
- n) *Sequitur expunctum*: molto
- o) *Sequitur expunctum*: se bastaro...
- p) *Suprascriptum pro expuncto*: da
- r-r) *Suprascriptum pro expuncto*: et de
- s) *Sequitur expunctum*: Gli
- t-t) *Suprascriptum pro expuncto*: potrà exhortar
- u-u) *Adscriptum in margine, sequitur expunctum in textu*: al medesimo. El che
- v-v) *Suprascriptum pro expuncto*: cosa pia et senza
- w) *Sequitur expunctum*: ad tutti et
- x-x) *Suprascriptum pro expuncto*: il Nostro Signore
- y) *Sequitur expunctum*: a V.ra Signoria
- z) *Suprascriptum pro expuncto*: habbi da
- aa) *Suprascriptum pro expuncto*: ad
- ab) *Adscriptum in margine pro expuncto in textu*: Lassando a V.ra Signoria la cura di governar questa cosa con la solita prudentia et celerità, in le quali
- ac) *Adscriptum supra*.
- ad) *Sequitur expunctum*: anco Sua Signoria Rev.ma
- ae) *Sequitur aliquid adscriptum in margine et in textu, penitus expunctum*.
- af) *Suprascriptum pro expuncto*: questa
- ag) *Suprascriptum pro expuncto*: ad
- ah) *Sequitur expunctum*: Di che Nostro Signore ne habbia votiva risposta più presto che V.ra Signoria potrà. A la quale mi offero et raccomando.
- ai) *Charta hic corrupta*.

## N. 5.

**Ioannes Antonius Buglio  
Ioanni Matthaeo Giberti**

Cracoviae, 18 VII 1524.

*Notum facit se esse in Polonia a 12 diebus bene acceptum et sperare regem paratum esse cum rege Hungariae convenire, sicuti ipse nomine summi pontificis ei proposuisset, responsum tamen adhuc exspectare. Sperat se post 4 vel 6 dies Polonia discessurum esse et in Hungariam redditurum. Regem oratorem suum in negotio Bohemico elegisse amicum suum (Christophorum Szydłowiecki); Polonus exercitum 15 milium Turcarum viciisse; reginam (Bonam Sforza) gratias agere summo pontifici pro auxilio ab ipso praestito in ducatu Bariensi post mortem matris illius recuperando; oratorem imperatoris (Antonium Conti) redire ex Moscovia una cum missis illius ducis; confessionem Lutheranam vetitam esse in Polonia; parochum quendam Saxonem, qui uxorem duxerit, eiec-tum esse a plebe; oratorem Polonum discessurum esse in Bohemiam post duos dies.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 7r-8r. In f. 8v inscriptio, vestigia sigilli et summarium.  
**-Ed.:** Fraknói ROP p. 3-5.

†

† Rev.mo Monsignor et Patrone honorando.

Di poi dila partita mia di Ungaria non ho scritto a V.ra Signoria Rev.ma per non si essere offerto portatore di le lettere. Al presente, havendo occasione di scrivere per via di Vinetia, ho voluto significare a V.ra Signoria Rev.ma como io son stato molto ben visto da questa Ser.ma Maestà, molto honorato et ben trattato. Ho proposto ala sua Serenità che volesse convenire con lo Re Ungaro<sup>12</sup>, monstrando quanto era necessario che cossì si dovesse fare. Son stato XII giorni trattando lo negocio et resolvendo alcune difficultati che mi foro proposti, talmente che mi par vedere che lo negocio si inclina a la voluntà di Nostro Signore. Ma non oso affermarlo, perché non ho anchora havuto reposta diffinitiva, la quale mi hanno donato intentione donarmi infra tre o quattro giorni. Di qual serrà, con diligentia V.ra Signoria vi serrà havisata.

Io spero fra quattro o sei giorni partire per Ungaria et donare opera al negocio Boemico cum lo Sig. Legato<sup>13</sup>, sperando trovarmi in Ungaria al primo de laltro [sic]. Questa Maestà have electo uno Ambaxatore per Boemia ad instantia del Re Ungaro, sollicitato per me, a tal che cum li oratori di Ungaria trattasse lo negocio nostro. Quello che è stato eletto è persona atta a simile impresa, bon Christiano et mio amicissimo di assai tempo<sup>14</sup>. Al presente non è in corte, la Maestà sua l'ha fatto chiamare et lo aspetta di hora in hora. Et perché la dieta Boemica di Santa Margareta<sup>15</sup> non si dissolva, ho suplicato la Maestà sua che mandasse uno messo ad pregare che la Dieta si prorogasse insin ala gita di questo Ambaxatore.

Questi giorni erano intrati repentinamente XV mil[a] Turchi in due parti di questo Regno. La Maestà sua have di continente mandato la Corte sua et altra gente ala difesa. Have piacuto a Nostro Signore Idio che li nostri hano havuto vittoria et hano in ambedue le parti debilitato, cachiato et profligato lo inimico; hano morto più di due mila et preso molti<sup>16</sup>. Et in segno di la vi-

<sup>12</sup> Ludovicus II Iagellonides.

<sup>13</sup> Laurentius Campeggi habuit in commissis, ut, praeter res Germanicas solvendas et defensionem Hungariae procurandam, etiam de unione Calixtinorum Bohemorum tractaret, cfr. infra, N. 8.

<sup>14</sup> Christophorus Szydłowiecki, quem Buglio cognovit, cum ambo conventui in Nova Civitate Austriae (Wiener Neustadt), mense Octobri anni antecedentis celebrato, interfuerint. Eius nominationem ed. Działyński (AT VI, p. 288). Pociecha (KB II, p. 530, nota 242) asserit missionem hanc non fuisse tunc ad effectum deductam.

<sup>15</sup> Id est convocata pro die festo S. Margaritae, qui celebraatur 8 Iulii.

<sup>16</sup> Disserit de victoria, quam exercitus Polonus, Petro Kmita duce, de Turcis prope Trembowlam in Podolia, die 2 VII 1524 reportavit, cuiusque notitia pervenit Cracoviam 11 eiusdem mensis (cfr. Pociecha KB II, p. 117). Aliam descriptionem huius victoriae, aliquantulum diversam a praecedente, v. infra, in N. 7. Romae de hac victoria exsultabatur: die 24 VIII 1524 in consistorio cardinalium "Ss.mus Domi-

ctoria, la Reginal Maestà<sup>17</sup> mi ha presentato uno Turco di li captivi. La qual victoria spero ci serrà utile ad indurre la Maestà del Re al convento.

La Maestà Reginale, arregordandose di la bona amicitia che sempre è stata infra la Casa di Nostro Signore<sup>18</sup> et la sua, et di li tanti honori fatti per la bona memoria di Papa [7v] Leone<sup>19</sup> a la Signora Duchessa, sua madre<sup>20</sup>, molto mi si è offerta per servitio di sua Santità, che have intercesso et interciede [sic] continuamente cum la Maestà del Re per le cose nostre; et sommamente have rengriatato et rengratia sua Santità per il favore che l'hanno prestato sopra la possessione del suo ducato di Bari<sup>21</sup>. Et perché sua Maestà intende per via di Milano che lo duca di Milano<sup>22</sup> have sollicitato la Maestà Caesarea<sup>23</sup> che volesse impedire la possessione a la prefata Regina, a la quale persuasione have la Maestà Caesarea commandato al Consiglio di Napoli che voglia detenere lo ducato et stato di la prefata Regina in sequestro in sino in tanto che si veda di cui sia la ragione, contra ogni forma di razione, perché li privelegii di la Regina sono amplissimi. Li quali io ho visti et ben considerato. Suplica per tanto la prefata Signora Regina, como obediente figluola di la Sede Apostolica et di sua Santità, che sua Santità sia contenta per severare in prestarli il favore, che have già principiato, et interponere le parti sue con la Maestà Caesarea et cum lo Vicere<sup>24</sup> et Consiglio Neapolitano et Duca di Sessa, Ambaxatore<sup>25</sup>, che non voglino molestare indebitamente la possessione che ragginevolumente si deve a la Maestà sua<sup>26</sup>. Et poi che la adomanda è iusta et questo Re solo fra Principi più si inclina a la libertà ecclesiastica et defensione di la fede catholica et la Regina è deditissima a sua Santità, mi ha parso drittamente di suplicarlo a la Santità sua. Et prego molto V.ra Signoria Rev.ma di risposta per potere fare intendere a le Maiestati sue quanto io desidero di servirle et Nostro Signore di farle cosa grata.

Nova del Turco non si tiene altro che si sta in Constantinopoli et par che per questo anno sia per quietarsi. Lo Ambaxatore di Cesare che era andato

nus Noster significavit victoriam nuperrime habitam a rege Poloniae duobus in locis, in quibus cederunt ex Turcis duo milia et multi capti; et ex Polonis tantum tres mortui" (Korzeniowski AR, p. 86).

<sup>17</sup> Bona Sforza.

<sup>18</sup> Familia Mediceorum, cuius Clemens VII membrum erat.

<sup>19</sup> Leo X de Medicis.

<sup>20</sup> Isabella de Aragona (1470-1524), uxor Ioannis Galeatii Sforza (ab a. 1489), ducissa Barii.

<sup>21</sup> Qui, mortua ducissa Isabella († 11 II 1524), Bonae eiusque consorti Sigismundo, regi Poloniae, cessit. De hac re ac de tractationibus, de quibus Buglio scribit infra, fusius in epistula membranea regis Sigismundi et reginae Bonae ad papam Clementem VII, data Cracoviae 8 VIII 1524 (AV, Lett. di Principi, ms. 1 f. 32r, ed. Theiner VMPL II, p. 421-422).

<sup>22</sup> Franciscus II Sforza (1495-1535), filius secundogenitus Ludovici Moro, dux Mediolani a. 1521-1525 et 1529-1535.

<sup>23</sup> Carolus V.

<sup>24</sup> Carolus de Lannoy (1487/8-1527), dux exercitus et consiliarius imperatoris Caroli V, vicerex Neapolis a. 1522-1524.

<sup>25</sup> Ludovicus de Corduba († 1526), dux Sexae (Sessa), orator imperatoris Caroli V Romae a. 1522-1526.

<sup>26</sup> De ulterioribus tractationibus, ut sequestrum illud aboleatur v. Pociecha KB II, p. 243-251.

in Muscovia, è nova che ritorna<sup>27</sup>. Serrà in queste parti fra XV giorni. Vieneno dui altri Ambaxatori del Duca, non si sa si per questo Re o per Caesare<sup>28</sup>.

Le cose Lutherane qui cum gravissimi editti si prohibiscono<sup>29</sup>. Et par questa Maestà et il suo sacro Consiglio molto inclinato a la contradictione di questa setta. [8r] Ha[visa]no questi Signori che una plebania in Saxonia, havendo molti anni tenuto un suo plebano, et novamente essendo diventato Lutherano et havendo preso moglie, quel povero et semplice popolo, parendoli mal fatto, lo have cachiato et in loco suo [h]a fatto uno prete che observasse lo rito antiquo. Che Dio sia quello che inspiri li animi di le genti a lo bon camino.

Altro al presente digno di haviso non ci è. Di Ungaria scrivirò a V.ra Signoria più largo. In la bona gratia di la quale quanto più posso mi arrecommando. Di Craccovia, XVIII Iulii 1524 etc.

(a) Lo Ambaxatore che have andare in Boemia non è venuto. Partirà ben instrutto da me fra due giorni.

Signor mio. Certissimo servitor di V.ra Signoria Rev.ma

lo barone del Burgio nuntio<sup>a)</sup>.

a-a) Autographum.

## N. 6.

**Sigismundus I, rex Poloniae  
proceribus regni sui**

Cracoviae, 20 VII 1524.

*Notum facit nuntium apostolicum sibi exposuisse, quomodo summus pontifex cuperet, ut ipse cum rege Hungariae conveniret et rationes defendendi illius regni contra Turcas quaereret. Ostendit se non esse alienum a tali conventu, nisi negotia domestica, praesertim conventus generalis regni proxime celebrandus et incursiones Turcarum, obstent, quominus id tempestive faciat. Ideo consilium expedit, quid nuntio respondendum sit.*

**Reg.:** Warszawa, AGAD, Metr.Kor. 38 p. 37-39.  
**- Ed.:** Pajewski SPW, p. 42-43 (fragmenta).

<sup>27</sup> Antonius Conti (cfr. N. 7), qui ab imperatore Carolo V in commissis habuit, ut antiqua pacta amicitiae inter ipsum et magnum ducem Basilius III confirmaret, discessit Moscovia 23 VI 1524 (cfr. Pociecha KB II, p. 168)

<sup>28</sup> Princeps Ioannes Jaroslavskij et diaconus Simeon Trofimov, cfr. infra, N. 7 et 10.

<sup>29</sup> De praescriptionibus a. 1520 et 1523 promulgatis cfr. infra, Ferreri N. 44 (nota 370) et Crnić N. 5.

Litterae ad proceres Regni  
ut consilium praebeant, quomodo nuntio apostolico respondendum sit

Sigismundus, Dei gratia etc. Magnifice sincere nobis dilecte. Nuntius Summi Pontificis, qui fuit in Hungaria, huc ad nos veniens, diligenter et copiose exposuit, quantopere ceperit Sua Sanctitas esse sollicita de rebus christianis tumultuantibus pacandis et componendis, posteaquam ad fastigium summi pontificatus erecta est, et in primis de statu Ser.mi Nepotis nostri, d.ni Hungariae et Bohemiae etc. Regis, eiusque Regni Hungariae, iam infinitis periculis obnoxii, utpote cui Thurcorum [sic] potentia imminet et ita se instruit, ut illud suae dicioni, quod Deus omen avertat, subigere possit. Exposuit insuper Suam Sanctitatem, summo studio summaque cura omnia singillatim digerentem et dimentem, id potissimum quasi praesentissimum remedium invenisse, quo illius Regni calamitatibus mederi opitularique posse existimavit, ut nos admoneret et pro officii nostri debito, quod illi Regi ex sanguinis vinculo Regnoque item Hungariae ex vicinitatis et quasi communis periculorum coniunctione praestare debeamus, hortaretur, ut cum ipso Rege, dum aliquid superest temporis, quam celerius conveniamus, compositisque eiusdem Hungariae Regni domesticis discordiis et dissidiis, quae maximo sunt impedimento, id quod opus est, ad reprimendam vim hostis impendentis communibus consiliis constituatur et decernatur, Regeque ipso, qui nondum eam aetatem attigit, quae ad res tantas tantique momenti gerendas satis apta esset, cum subditis coadunato, ipsisque subditis in fide confirmatis, iam tandem, coniunctis consiliis, qui sit modus aprior et efficacior talis defensionis inveniendae, qua Regnum ipsum stare et ab instantibus periculis salvum et incolume cum Rege suo esse possit.

Adiecit praeterea Ser.mum D.num Regem Ludovicum, Nepotem nostrum, et consiliarios eius instare<sup>a)</sup> summoque optare, ut omni mora posthabita, cum illius Maiestate convenire appoperemus, quippe quae a subditis suis summis precibus urgetur, ut generalem conventum, qui Rakosch appellatur<sup>30</sup>, celerius indicere non differat, quem tantopere [38] illi efflagitant, ut si Sua Maiestas dilationibus uti velle videretur, ipsos solos sua auctoritate illum esse indicturos. Quod si fieret, verendum esset, ne qua gravior turbatio vel tumultus excitetur, qui, suprascriptis calamitatibus adiunctis, multo perniciosior esset futurus. Ipsius vero Maiestas vellet sub id tempus eum ipsum conventum Regni sui indicere, quo nos cum illa essemus conventuri.

Declaravit postremo ipse nuntius Suam Sanctitatem nihil praetermittere velle, quod ad res eiusdem Regis et Regni bene gerendas utile et necessarium possit videri, si modo et nos hac ipsa in re Suae Sanctitatis voluntati Regnique illius necessitati deesse nolimus. Si autem per nos staret, id est si ad eam rem curandam et agendam animum apponere<sup>b)</sup> nollemus, quo minus via et modus futurae defensionis quae sit inveniatur, tunc vellet iam Suae

<sup>30</sup> Conventus generales regni Hungariae celebrabantur generatim in campo dicto Rákos.

Sanctitatis nomine testatum relinquere nihil in ea deesse, ymo [sic] vero officio et debito suo paterno eam satisfacere, ne posthac ab aliquo iure criminari possit, si id Regnum ad extremum discrimen adducatur, quod ceteris Regnis christianis, et nostris in primis, parem calamitatem suo casu sit allaturum. Ruere enim non posset, nisi ceteris sua mole parem afferret ruinam.

Nos quidem post mortem Ser.mi Fratris nostri, D.ni Wladislai, Hungariae et Bohemiae Regis<sup>31</sup>, nulla in re Maiestati Ser.mi Nepotis nostri, D.ni Ludovici, Hungariae et Bohemiae Regis, Regnisque eius defuimus et nunc deesse nollemus, considerantes eas calamitates utriusque nostrum Regnis communes esse. Attamen quid in praesenti statu rerum nostrarum responderemus Sanctitati debeamus, non satis compertum habemus. Res enim nostrae domesticae, quod tuam Serenitatem non latet, eciam celeri consilio curaque et labore per se indigent. Accedit quod nunctii ex conventu Colensi<sup>32</sup>, nuper ad nos missi, postularunt a nobis impense, ut conventum Regni generalem quam celerius statuamus. Praeterea quod, post eam calamitatem, quam nunc magna pars terrarum Russiae hac Turchica excursione accepit<sup>33</sup>, id timere cogimur, prout frequentibus litteris capitaneorum et exploratorum nostrorum edocemur, ne his futuris diebus et Thurci et Tartari, coniunctis iterum auctisque viribus, terras ipsas invadant et adoriantur, et cum alienis calamitatibus subvenire vellemus, res nostras proprias deserere et periculis exponere videamur.

Tua igitur Serenitas super his rebus deliberet et consilium suum celerius ad nos perscribat, si prius cum Domino Hungariae et Bohemiae Rege censem nobis esse convenientium quam generalem Regni nostri conventum agamus et in eo res nostras Regnique et dominiorum nostrorum in aliquo meliori ordine constituamus, et qua ratione quibusve viribus [39] ipsum Regnum et dominia nostra futuris temporibus defensionem sint habitura, quorum utrumque pari indiget consilio et in defensione constituenda celeritate, vel si prius conventum generalem domi agere et habere debeamus quam in Hungariam proficiscamur. Bene valeat Serenitas tua.

Datum Cracoviae, feria quarta proxima ante festum Sanctae Mariae Magdalena<sup>34</sup>, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Regni vero nostri decimo octavo.

a) *Sequitur in textu: ett*

b) *In reg.: appollere*

<sup>31</sup> Vladislaus II Jagellonides obiit 13 III 1516.

<sup>32</sup> Conventus particulares palatinatum Maioris Poloniae celebrabantur in Kołò ad fluvium Warta.

<sup>33</sup> Cfr. supra, N. 5.

<sup>34</sup> Festum S. Mariae Magdalenae celebrabatur 20 VII.

## N.7.

**Ioannes Antonius Buglio  
card. Laurentio Campeggio**

Cracoviae, 22 VII 1524.

*Notum facit se Buda ipsi scripsisse de suo in Poloniam itinere, regem istius regni ad conveniendum cum rege Hungariae sollicitandi causa; propositionem istam bene esse a rege acceptam, qui tamen vult prius consilium senatorum suorum capere de tempore, quo is conventus fieri possit; oratorem Polonum Cracovia discessisse, ut negotio Bohemico solvendo una cum epo Olomucensi (Stanislao Turzo) operam daret; oratorem imperatoris (Antonium Conti) una cum 4 missis magni ducis Moscoviae intra 4 dies adventuros esse; Polonus magnam victoriam de Turcis reportasse.*

Or.: AV, Nunz.Germania 55 f. 9r-v, sine inscriptione et sigillo (erat verisimiliter adiuncta alteri epistulae, quae desideratur). In f. 9v, in margine sub textu, alia manu: "1524. De Barone al Rev.mo Campeggio di Cracovia 22 di Luglio".

- Ed.: Fraknói ROP, p. 6-7.

†

Ill.mo et Rev.mo Monsignore, Patrone observando.

Di Buda havisai V.ra Signoria Rev.ma como partia per Pollonia per vedere si potesse far convenire questi dui Re per dare alcuno ordine al povero Regno di Hungaria<sup>35</sup>. Son stato qui et proposto lo bisogno. Trovo bona disposizione. Et mi ha resposto la Maestà sua di voler convenire, solamente ci obsta il tempo. La Maestà di questo Re vorrà convenire in Gennaro o Febraro, et le cose di Hungaria hano bisognio di più presto rimedio. Purò [sic] non son for di speranza anchora di concludere il convento per Novembre. Al che la Maestà sua have preso tempo di respondermi XII giorni, fra li quali fa pinsero [sic] consultare il negocio cum li grandi del Regno che sono absenti de la Corte<sup>36</sup>. E havuta la resposta partirò subito. Spero trovarmi al più lungo andare in Buda a li X o XII di Augusto, di onde porrò servire V.ra Signoria Reverendissima in lo negocio Boemico et in ogni altro conto.

Di qui si è ordinato uno Ambaxatore per Boemia, ad nullo altro conto che per lo negocio nostro. Il quale è persona prudente et mio amicissimo di assai tempo<sup>37</sup>. Parte domatina. Deve insieme con lo vescovo Ulmocense<sup>38</sup> trattare

<sup>35</sup> Epistula desideratur.

<sup>36</sup> Cfr. supra, N. 6.

<sup>37</sup> V. supra, N. 5.

lo negocio dextramente da parte di questa Maestà; poi scriverà a V.ra Signoria Rev.ma et a me del tutto che si havirà fatto o che si porrà fare. Et Dio sia quello che ci incamina al meglio.

Fra quattro giorni serrà qui Messer Antonio di Conte, Ambaxatore Cesareo et del Signor Principe<sup>39</sup>, di ritorno di Muscovia, et cum esso quattro Ambaxatori del Muscovita: due per questa Maestà et due per la Caesarea Maestà<sup>40</sup>.

Questi giorni erano intrati in più lochi di questo Regno circa XVI mila Turchi. La Maestà del Re have lor mandato alincontro et ha voluto la sorte che Polloni li hano trovato separati et fatto fatto di arma in più [9v] lochi, in ogni parte hano vinto, tal che hano di loro morto circa due mila et molti presi, lo resto cachato et sconfitto<sup>41</sup>. Altro non ci è degno di haviso di V.ra Signoria Rev.ma. In la bona gratia di la quale mi arrecomando per infinite volte. Di Cracovia, XXII Iulii 1524 etc.

<sup>(a)</sup>-Lo Ambaxatore che andarà in Boemia è partito.

E[iusdem] V.rae I[ll.mae] et Rev.mae D[ominationis]

servitor  
Baro Burgii Nuntius etc.<sup>(a)</sup>

a-a) *Autographum.*

## N. 8.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Ioanni Matthaeo Giberti**

Cracoviae, 22 VII 1524.

*Notum facit regem sibi responsorum esse in negotio conventionis cum rege Hungariae infra 12 dies et ideo statuit responsum illud Cracoviae exspectare; regem oratorem suum ad negotium reconciliationis calixtinorum cum Sancta Sede tractandum (Christophorum Szydłowiecki) designasse; regem praeterea petere, ut pontifex, mortuo card. Achilli de Grassis, aliquem sibi benevolum nominet ad episcopatum Pomesaniensem, qui illicite occupatur ab homine a magno ordinis Theutonicorum magistro collocato.*

<sup>38</sup> Stanislaus Turzo († 1540), epus Olomucensis ab a. 1497.

<sup>39</sup> Ferdinandus Habsburg (1503-1564), archidux Austriae, postea rex Bohemiae et Hungariae (ab a. 1526) et imperator (ab a. 1558).

<sup>40</sup> Re vera erant tres, cfr. infra, N. 10.

<sup>41</sup> Cfr. N. 5.

**Or.: AV, Nunz.Germania 55 f. 10r. In f. 11v inscriptio, summarium et vestigia sigilli.**  
**- Ed.: Fraknói ROP, p. 7-8.**

†

Rev.mo Monsignore et Patrono.

Poi di le mie ultime<sup>42</sup>, le copie di le quale [sic] serrano cum la presente, la Maestà sua mi ha fatto intendere di non potermi risolvere del tempo del convento finché non consulti cum li consiglieri suoi principali che sono fuor di la Corte<sup>43</sup>, affirmando di volere ad ogni modo convenire. Et have messo in mio arbitrio di aspettar qui la risposta o in Hungaria. Per non mi partire irresoluto, ho determinato di aspettar qui, potendoci essere fra XII giorni, et conoscendo la presentia mia in Hungaria non essere necessaria, si non per le cose Boemice, le quale di qui ho cossì ben provisto, como porria provederle di Hungaria.

La Maestà sua manda uno Ambaxatore, homo di ingegno et patrico [sic] et amato in Boemia, mio amicissimo, lo quale, insieme con lo vescovo Ulmocense, traterà in Boemia la unione di Callicisti a la Sede Apostolica<sup>44</sup>; et trovando dispositione, ordinirà che sia chiamato il Legato<sup>45</sup>, et insieme con la Maestà del Re<sup>46</sup> trattino il bisogno. Io spero che al tempo che serrà questo in Boemia, io partirò di qui et serrò a tempo in Buda, per servire in questo nego- cio et altro la Signoria del Legato. Altro non è degno di haviso di V.ra Signoria.

La bona memoria di Papa Leone provvide di uno vescovado Pomesaniense in Prussia al Cardinale di Grassis<sup>47</sup>. Per la morte del quale l'have sua Santità provisto ad un Cardinale, che non so che sia, il quale mai have man- dato per la possessione<sup>48</sup>. Al presente è in lo dicto vescovado intruso uno mes- so per lo Gran Maestro et<sup>a)</sup> administra in temporale et spirituale ogni cosa, senza provisione di la Sede Apostolica<sup>49</sup>. Desideraria sua Maestà che lo pre- fato vescovado si conferisse ad alcuno homo di queste parti per poter pro- vedere al culto divino et a la setta Lutherana, che in quella provintia fa ogni giorno gran progresso, o che sua Santità proveda che il Cardinale che l'have

<sup>42</sup> Cfr. N. 5.

<sup>43</sup> Cfr. N. 6.

<sup>44</sup> De missione Christophori Szydłowiecki et Stanislai Turzo cfr. N. 5, 7.

<sup>45</sup> Laurentius Campeggi, cfr. N. 7.

<sup>46</sup> Ludovicus II Jagellonides.

<sup>47</sup> Agitur de dioecesi Pomesaniensi in Prussia occidentali, partim in terris ordinis Theutonici, par- tim vero in Prussia regi Poloniae subiecta posita, quam Leo X, rege Sigismundo I petente, card. Achilli de Grassis contulit 9 VIII 1521, cfr. Kolankowski SP, p. 327.

<sup>48</sup> Is erat card. Nicolaus Ridolfi († 1550), "provisus tantum" de hac dioecesi a Clemente VII ipsa die mortis Achillis de Grassis, 22 XI 1523 (cfr. Gulik-Eubel HC III, p. 277, notam 5).

<sup>49</sup> Eberhardus de Queis, "non confirmatus" (Gulik-Eubel HC III, p. 277), qui eodem anno 1524 a fide catholica apostatavit.

solliciti la possessione. Sua Maestà ni parla perché molte terre che sono sotto la diocese del ditto vescovado in Prussia sono di la Maestà sua<sup>a)</sup>. Et in bona gratia di V.ra Signoria mi arrecomando. Di Cracovia, XXII Iulii 1524.

Signor mio. Di V.ra Signoria Rev.ma servitore

lo barone del Burgio<sup>b)</sup>

a) *Sequitur: ad*  
b-b) *Autographum.*

### N. 9.

**Bona regina Poloniae**  
**Clementi VII, pontifici maximo**

Cracoviae, 22 VII 1524.

*Gratias agit pro brevi per Ioannem Antonium Buglio sibi misso (desideratur) et negotium ducatus sui Bariensis commendat.*

**Autogr.:** AV, Lett. di Principi, ms. 2 f. 219r-v. In f.224v fragmentum inscriptionis  
(manu ipsius reginae) et vestigia sigilli.  
- Ed.: Theiner VMPL II, p. 420.

### N. 10.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Ioanni Matthaeo Giberti**

Cracoviae, 25 VII 1524.

*Notum facit regem petivisse, ut intercederet, ne pontifex provideret de coadiutoriis beneficiorum in Polonia vacantium cum dispendio eorum; regem Hungariae misisse oratorem suum (Nicolaum Gerendi), ut congressum ipsius cum rege Poloniae stimularet, eo magis quod timeantur tumultus adversus illum, etsi de coniurationibus nobilium cum Turco sibi non constet; advenisse Craco-*

---

<sup>50</sup> Responsum summi pontificis in hoc negotio desideratur. Scimus tamen initio Octobris 1524 nuntium habuisse Budae aliquot scripta, quae Andreas Krzycki, orator regis Poloniae, Petro Tomicki transmittens, ita commentatus est: "Suggerat, rogo, Maiestati Regiae, ut aliquem nostrum ad episcopatum Prabutensem [tunc residentia epi Pomesaniensis] praesentet. Id enim pontifex expectat" (Działyński ATVII, p. 84).

*viam oratorem ducis Moscoviae, litterarum passus pro aliis oratoribus petendarum gratia. Promittit confirmare Ioannem Bornemissza in devotione ab ipso Sedi Apostolicae constanter praestita. Dolet de exiguis effectibus mediationis papae inter principes belligerantes.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 12r-v. In f. 13v inscriptio, sigillum et summarium alia manu confectum.

- **Ed.:** Fraknói ROP, p. 8-10.

†

Rev.mo Monsignore et Patronne.

Cum la presente serrano le copie di certe altre che a V.ra Signoria Reverendissima mandai per via di Buda<sup>51</sup>. Poi di le quali la Ser.ma Maestà mi mandò ad pregare che io facesse instantia cum Sua Sanctitate ad nomo [sic] di la Maestà Sua che fusse contenta non concedere cossì liberamente li [sic] coadiutorie in li vescovadi di questo Regno in quelli beneficii che sono senza cura, allegando che tutti vescovi si lamentano, dicendo che per tali coadiutorie concedersi, non vacano mai beneficii et vienon ad provedersi ad persone indegne et a cui non serve lo beneficio. Per me fu resposto che era solito anti-quamente di molti pape [sic] inanti [sic] sua Santità, che tale coadiutorie, cum consenso del possessore, si admettessero, et che sua Santità no facea cosa nova alcuna, ma che io ne haveria scritto ala sua Santità.

Novamente è venuto in questa Corte, mandato dal Re di Ungaria a questa Maestà, un secretario. Viene per adomandare lo convento cum grande instantia et prexa<sup>52</sup>. Et secundo mi pare fra intendere il Re Ungaro tiene suspecto che non si susciti alcuno gran tumulto da li suoi, et che anchora egli non periculi di la vita. Ma per non essere io in Ungaria, non posso ben intendere minutamente la cosa. Spero che questo nuntio mi aiutirà ad farmi ben expedire et presto.

Hiere [sic] è intrato uno Ambaxatore del Moscovita. Viene per adomandar il passo per due altri Ambaxatori che vanno ala Maestà Caesarea, insieme cum lo suo Ambaxatore che è di ritorno<sup>53</sup>. Quello che l'altri Ambaxatori

<sup>51</sup> Agitur fortassis de litteris, quae exstant sub N. 8?

<sup>52</sup> Nicolaus Gerendi, qui iam mense Aprili 1524 alias missionem apud regem Poloniae absolvit, venit iterum Cracoviam 18 VII, ut conventum regis Sigismundi, non solum cum rege Ludovico, sed etiam cum archiduce Ferdinando Austriaco promoveret (cfr. Pociecha KB II, p. 194-195).

<sup>53</sup> Antonius Conti, quem comitati sunt Ioannes Jaroslavskij et Simeon Trofimov. Missus, qui literas passus pro ipsis petiit, erat verisimiliter diaconus Simeon Borisov, cfr. supra, N. 5.

voglino non si sa. Se verrano a tempo che io mi trovi qua, mi forzirò intenderlo et ne donirò haviso a V.ra Signoria Rev.ma<sup>54</sup>.

Mi son state date le lettere di V.ra Signoria de l'ultimo di Magio<sup>55</sup>. Et a quello che sua Santità mi comanda che sia diligente intendere quella vulgare fama, et non la trovando vera, di extinguherla, cossì si è fatto come sua Santità have ordinato. Io ho investigato cum ogni mezo, et trovo che la fama di nixuna altra causa viene si non di suspitione che ogni uno vede lo pericolo grande di lo Regno, et vedeno non pensar a li rimedii, et suspectano che alcuni del consiglio habino intellegentia cum il Turco<sup>56</sup>. La qual cosa cum effetto credo che non sia. Si per caso alcuno sia cossì maligno che habbi intelligentia secreta contra lo Re suo cum Turco, questo non si può cossì agevolmente intendere. Ma per quanto io bastirò, farrò ogni diligentia de intenderlo.

[12v] Al Sig. Bornamissa susterrò io a li servitii di sua Santità, che mi par già che non haberò molta fatica, perché è molto dedito a lo servitio di sua Santità et persona che veramente pensa al ben comune<sup>57</sup>.

Son restato molto contento di la speranza che anchora V.ra Signoria Reverendissima mi dona circa la pace o tregua di principi<sup>58</sup>, benché qui per lettere di 24 di Vinetia si intenda che lo Rev.mo Capuano sia tornato senza haber fatto cosa bona<sup>59</sup>, et che lo Gran Cancilliero<sup>60</sup> destinato a sua Santità, non sia per venire più in Roma. Pace non conosco [sic] a chi non bisogna. Forse tal la recusa che l'haverà un giorno più bisogno di chi la vole. Cossì sa Dio far voltar le cose del mondo. Et poi che altro non si porrà fare, haverrà sua Santità admostrato a tutto il mondo la sua bona et candida mente. Et Dio aiutirà la Ecclesia sua, como in sin qui have fatto. <sup>(a)</sup>Et in la bona gratia di V.ra Signoria mi arrecomando. Di Cracovia, XXV Iulii 1524.

Signore mio. Servitore certissimo di V.ra Signoria

lo barone del Burgio, nuntio etc.<sup>-a)</sup>

a-a) *Autographum.*

---

<sup>54</sup> Habebant in commissis, ut tractatum imperatoris Maximiliani cum magno duce Basilio III, a. 1514 adversus Poloniam initum, renovarent, cfr. Pociecha KB II, p. 205.

<sup>55</sup> Desiderantur.

<sup>56</sup> Agitur de suspicionibus coniurationis adversus regem Ludovicum, in regno Hungariae intentatae, cfr. infra, N. 11.

<sup>57</sup> Ioannes Bornemisza († 1527), praefectus aerarii regis Matthiae Corvini a. 1481-1485, consiliarius intimus regis Vladislai II Jagellonidis, qui a. 1516 commisit illi (una cum aliis) curam educationis filii sui Ludovici, castellanus Budensis a. 1506-1526.

<sup>58</sup> Agitur de conflictu imperatoris Caroli V cum Francisco I rege Galliae, eorumque foederatis, quos summus pontifex pacificare conabatur.

<sup>59</sup> Card. Nicolaus a Schönberg, qui mensibus Aprili et Maio 1524 missionem pacis sine effectu absolvit in Hispania, Gallia et Anglia, cfr. Pastor SP IV/2, p. 168.

<sup>60</sup> Mercurianus Arborio de Gattinara (1465-1530), magnus cancellarius imperatoris Caroli V ab a. 1518, SRE cardinalis ab a. 1529.

## N. 11.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**[card. Nicolao a Schönberg]**

Budae, 17 VIII 1524.

*Reversus e Polonia, mittit ulteriore informationem de novis sparsis in Hungaria super coniuratione adversus regem (Ludovicum). Adiungit nova de recenti incursione Tartarorum et Turcarum in Poloniā facta, quibus obviam ierunt palatini Cracoviensis (Szydłowiecki) et Sandomiriensis (Tęczyński) nec non epus Camenecensis (Międzyleski); regem iam antea voluisse esse cum exercitu, nisi a consiliariis impeditus esset; congressum cum rege Hungariae hac de causa procrastinatum iri; regem suspicari magnum ducem Moscoviae titulum regis a summo pontifice petiturum, ut sibi imprimis nocere possit. Disserit de missione Antonii Rincon in Polonia et de eius proposito filium regis Poloniae cum filia regis Galliae, filiam vero eiusdem regis cum rege Scotiae matrimonio iungendi, regemque respondisse per oratorem suum, palatinum Siradiensem (Łaski), quem in Galliam miserat. Protestatur pensionem mensilem 60 ducatorum, sibi assignatam, insufficientem esse expensis, praesertim in legatione Polona factis, ubi 400 ducatos se expendisse asserit, petitque, ut eae ex mutatione monetae suppleri possint, sicuti sibi a summo pontifice promissum erat et postea per card. Salviati revocatum. Commendat petitionem regis Poloniae et epi Cracoviensis (Tomicki), ut quidam canonicatus Cracoviensis, tempore epi Erasmi Ciołek dioecesi Plocensi unitus, ecclesiae Cracoviensi restituatur.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 16r-19v. Deest involucrum cum inscriptione et sigillo.

- **Ed.:** Fraknói ROP, p. 20-21, qui inscribit epistulam hanc Nicolao a Schönberg, quia in AV inserta est litteris 25 VIII ad ipsum datis, quod mentione datarii (Giberti) in textu probari videtur, etsi forma chartae, stylus et contextus similis eam reddunt epistulis ad Ioannem Matthaeum Giberti datis.
- **Ed.:** Theiner VMH II, p. 716-719.

†

Rev.mo Monsignore et Patrone honorando.

Hier matino giunsi in Buda da Pollonia. [Ubi invenit epistulam sibi ab ipso missam. Describit conatus coadunandi exercitum pro defendendis confinibus Hungariae adversus Belibec, ducem exercitus Turcarum, qui aliquot castra obsessit et expugnavit. 3 milia ducatorum, ad hoc opus a summo pontifice donata, pro nihilo reputat].

[16v] Lo trattato, che io scripsi di Pollonia che si era discoperto contro il Re<sup>61</sup>, è questo che uno grande Signore di questo Regno, il quale io non ho posso sapere, ben ho molti indicii che sia Strigonio<sup>62</sup>, scrisse al Re di Pollonia, como erano... *[Sequitur descriptio coniurationis adversus regem Ludovicum]*.

Le cose Boemice: *[Aepus Strigoniensis rettulit sibi de bona spe unionis Calixtinorum cum Ecclesia Romana ob timorem Lutheranorum, qui multa sibi pollicentur, asserendo regem et reginam (Ludovicum et Mariam) illorum partium esse; etsi comitia, in quibus de hac re agi debebat, rebus infectis dissoluta sunt].* A me giova anchora sperare fin che intenda queste cose da via publica et hebbi lettere da lo Ambaxatore di Pollonia, che è andato in Boemia per questo conto<sup>63</sup>.

[17r] <sup>(a)</sup>-Le cose Pollonicae<sup>a)</sup> sono in questo termino: Poi di haver intrato li Turchi, che io di illa [sic] scripsi<sup>64</sup>, sono intrati da la parte di Podolia XXV in XXX <sup>(a)</sup>-mila Tartari<sup>a)</sup> di la horda Precopense<sup>65</sup>. Et hano intrato insino a XII milia apresso Cracovia, depredando et ruinando quanto ci è. Lo piccolo exercito del Re era diviso in molti lochi, né potea l'uno assoccorrer l'altro. Di Cracovia partì lo palatino Cracoviense<sup>66</sup>, quello di Sandamaria<sup>67</sup> et lo vescovo Camonacense<sup>68</sup> cum alcuna gente per recuperar la preda. Ma si crede non seranno a tempo, perché Tartari tornavano cum la preda dietro. Un giorno avanti che io partissi era nova certa che per la via di Moldavia intravano XX mil Turchi, puro in Pollonia; che sono et quelli che foro fracassati<sup>69</sup> et altri, in subsidio dili Tartari. La Maestà del Re havea proposto nel Convento passato di uxir questo anno in campo<sup>70</sup>. Si lo facea non haverian succeso queste ruine. Fo per li consiglieri disturbata la Maestà sua, che è seguito quanto è detto<sup>71</sup>. Et finalmente lo governo di quel Regno et le discordie tra prelati et baroni et la indignatione di la nobiltà son molto simili a quelli di questo Regno. La Maestà del Re veramente mostra humanissimo et gentile, ma par che sia vero fratello del patre del Re di Ungaria<sup>72</sup>. Solamente la diffesa del dinaro va cum miglior ordine, et si ne vede miglior conto.

<sup>61</sup>Cfr N. 10

<sup>62</sup> Aenepus Vladislau Szalkai

<sup>63</sup> Christopherus Szudłowiecki, sfr. N. 5, 7, 8.

<sup>64</sup> Cf. supra N. 5 at 7.

<sup>65</sup> Horda Perecopensis (a faucibus huius nominis), pars Tartarorum, qui in Taurica Chersoneso (peninsula Crimea) vivebant.

#### **66 *Christophorus Szudlański***

<sup>67</sup> Andreas Tęczyński († 1536), palatinus Sandomiriensis a. 1519-1527, Cracoviensis a. 1527-1532, et ab a. 1532 castellanus Cracoviensis.

<sup>68</sup> Laurentius Miedzyleski, epus Camenaeensis.

<sup>69</sup> Cf. N. E. et al.

<sup>70</sup> In comitatu regni, 15 X - 17 XII a. 1523 consulto ad obviandum incursionibus Turcarum et Tartarorum conveccatio, quae dissoluta sunt nullis contributio[n]ibus pro bello statutis.

<sup>71</sup> Ultima hebdomada Iulii a. 1524 Tartari Perecenses, duce Islam Girej, progressi sunt usque ad Premisliam, unde capta praeda recesserunt 31 VII. De incursione 25 milium Turcarum Cracoviae rumor spargebatur iam initio mensis Augusti, cfr. Pociecha KB II, p. 117-118.

<sup>72</sup> Vladislaus II Jagellonides, pater Ludovici, erat frater regis Sigismundi natu major.

La Maestà sua a la mia proposta rispose che era <sup>(a)</sup>-contento di convenir<sup>(a)</sup>. Et mentre si risolveva del tempo, son giunti questi moti Tartarici et Turcheski [sic] et queste conventiculae di Ungaria, et non è stato possibile che sua Maestà in questa estate o autumno potesse convenir. Dice che ci risolvirà del tempo al festo di San Bartholomeo<sup>73</sup> per uno suo Ambaxator che mandirà a questa Maestà. Penso che lo prolongkirà [sic] insino a Natale. Poi del suo convento soliciterò che si fazi [sic] lo più presto sia possibile.

[18r] <sup>(a)</sup>-Ale cose Moscovitice<sup>(a)</sup> sua Maestà iudica che fora gran preuditio di suoi Regni dar <sup>(a)</sup>-titulo al Duca<sup>(a)</sup> di Moscova di Re; ma che non si debbia disperare adomandandolo, si non, cum bone parole intrattenerlo et far havisata sua Maestà di quello che si tratta. Io ho scritto a Messer Antonio di Conti, che è Ambaxator di Caesare in Muscopia, che mi havisa si la proposta <sup>(a)</sup>-di quel Genovese<sup>(a)</sup> havea fundamento<sup>74</sup>. Et non ho resosta. Messer Antonio ci serrà fra brevi giorni. Cum esso sono dui oratori del Mosco per il principe Ferdinando et Caesare<sup>75</sup>. La Maestà sua dubita non si tratti lì alcuna cosa contra sua Maestà. Desidera che la Santità sua scriva a Mons. lo Legato<sup>76</sup> che abrazi le cose di sua Maestà, como è ragione, et si alcuna cosa si tratta contra sua Maestà, como questo titulo di Re o liga cum lo <sup>(a)</sup>-Maestro di Prussia et Imperatore<sup>(a)</sup><sup>77</sup> o altro, che la disturbi. Et perché mi pare ragionevole addimanda, per essere zelantissimo Re di la fede christiana, vi suplico sua Santità.

Sono alcuni mesi che qui fu uno Antonio Rincone, altra volta adoperato per Caesare. Venne messo dal Re di Franza. Trattò in Boemia et qui, *[ut Bohemos et Hungaros adversus Germanos et imperatorem incitaret]*. Tutto li fu interupto. Et cum molto periculo suo fu in Pollonia<sup>78</sup>. Li propose matrimonio per la figluola [sic] del Re di Franza cum lo figliolo del Re Pollono et per la figliola del Re di Pollonia per il Re di Scotia<sup>79</sup>. Ma sobro questi trattati si deppe [sic] trattare alcuna altra cosa<sup>80</sup>. La resosta del Re fu che per uno suo Ambaxator haverrà resposto. Et cusì have mandato lo palatino Ceraniense,

<sup>73</sup> 24 Augusti.

<sup>74</sup> Paulus Centurione, mercator Genuensis, qui bis fuit Moscoviae, rumores in Curia Romana sparabat magnum ducem Basilium III paratum esse ad unionem cum Ecclesia Romana ineundam, si titulus regis ipsi a summo pontifice daretur, v. Pierling RSS, p. 296-298; cfr. infra, Cito passim.

<sup>75</sup> Cfr. supra, N. 5, 7 et 8.

<sup>76</sup> Laurentius Campeggi.

<sup>77</sup> Albertus Hohenzollern et Carolus V Habsburg.

<sup>78</sup> Antonius Rincon de Medina del Campo, Hispanus, in servitio regis Galliae, Francisci I, ab a. 1521. Qui iam a. 1522 missus erat in Hungariam et Polonię, ut pacta adversus imperatorem iniret. Clam in Polonia morabatur a mense Decembri 1522 usque ad Martium 1523, cfr. Pociecha KB II, p. 176-179.

<sup>79</sup> Iacobus V Stewart (1511-1542), rex Scotiae ab a. 1513. Cuius aetate pupillari regentis officium exercebat dux Ioannes Stewart, qui Gallis favebat adversus regem Angliae Henricum VIII, imperatori Carolo V foedere coniunctum. Hae propositiones matrimoniorum erant postea mutatae tempore secundae missionis Antonii in Polonia, ubi advenit ultimis diebus Augusti 1524, cfr. Pociecha KB II, p. 179-180. Cfr. etiam infra, N. 20.

<sup>80</sup> Re vera tractatum est imprimis de foedere adversus imperatorem Carolum V ineunda.

nepote di l'arcivescovo Gne[sne]nse, in Franza cum questa resposta<sup>81</sup>. Io ho scritto questo non perché mi sappia a che potesse servire, ma mi par bene che li Signori intendano tutti [sic] le cose. La Pollonia è inimicissima di Todeski como l'Ungaria.

[18v] *[De oratoribus Hungarum Vindobonam mittendis].*

Sa la V.ra Signoria Rev.ma che sua Santità, ultra la provisione mia, mi havea fatto gratia di quello cambio di ducati che erano qui, perché, como disse del primo giorno a V.ra Signoria Rev.ma, LX ducati non pono far la metà de la dispesa che è bisogno di far, maxime in queste parti. Fui qui et manigiai [sic] lo cambio di ducati. Et visto che lo utile che si ni cavava ascendia a mille ducati, et forse più, volendo servir sua Santità resta niente, scripsi quanto era l'utile et che aspettava intender di che fu la intentione di Nostro Signore di farmi gratia. Responsime sua Santità per il Sig. Datario<sup>82</sup> che voglia che fussero miei sei cento ducati di oro; et di l'altra parte mi prohibixe per lettere di Mons. Salviati<sup>83</sup> che non vole che lo cambio faczi [sic], ma si lassi lo deposito in oro, como sta, che mi provedirà di altra parte. Io, et cum la prima speranza, et cum la secunda, per substirir lo grado mio in lo honore di sua Santità, mi s[on] messo ad far dispesa che non posso comportare, et maximamente a questa gita di Pollonia, che solamente ho dispeso 400 ducati. Sa V.ra Signoria che di illa non si esce solamente di beveragi seu manze cum cento ducati et altre spese che sono bisogno, di forma che ho contratto debito tale che or pena satisfardò cum le gracie che Nostro Signore mi ha fatte.

Io, replicando a Mons. Salviati sovra questo negotio, mi risponde un'altra volta che sua Santità non vole per niente che si faczi il cambio, ma che mi provedirà di altra parte. Suplico pertanto V.ra Signoria Rev.ma che mi deciferi questa cifara, et vogli favorirmi in quello che li pare che sia ragionevole. Io so [sic] ben contento metter tutto il mio al servitio di sua Santità, ma è tanto poco che poco potrà crexere. Et si sua Santità mi vole provedere di li sei cento ducati, et non vole che io faczi il cambio, in bona hora si vole che io faczi il cambio; anchora potrò farlo che io sia sovenito, che possa mantener la dignità di la [19r] Sede Apostolica. Si altramente sua Santità vole che io campi, satisfazami sua Santità a quello che mi ha promesso, aczoché [sic] io possi pagar li debiti. Et del resto io porrò limitarmi di tal sorte che bastirano non solamente LX ducati, ma XXX, si cusì vorrà sua Santità che io campi. Io credo che sua Santità ben creda che io non vogli spiccar et guadagnare cum sua Santità a la fine dil anno, né cinquanta, né cento ducati<sup>84</sup>.

Lo Ambaxatore di Pollonia che morì in Corte<sup>85</sup>, expedì una unione di un canonicoato di Cracovia cum una certa casa alo vescovato di Plosca. La Mae-

<sup>81</sup> Hieronymus Łaski (1496-1541), nepos aepi Ioannis Łaski, palatinus Siradiensis (ab a. 1523), missus est in Galliam mense Ianuario 1524.

<sup>82</sup> Joannes Matthaeus Giberti.

<sup>83</sup> Joannes Salviati († 1553), nepos Leonis X, SRE cardinalis ab a. 1517.

<sup>84</sup> Cfr. infra, N. 12.

<sup>85</sup> Erasmus Ciołek, qui obiit Romae 9 IX 1522.

stà del Re ha ne fatto instantia che si disunisca. Nostro Signore ha comesso lo negotio perché sia<sup>b)</sup> informato de la volontà del Re. Et benché per lettere di li Commisarii sia sua Santità informata<sup>86</sup>, have voluto la Maestà sua farmi intendere che volontà sua è che sia disunita questa unione. Et infatto pare mal fatta cosa che sia uno canonicato di una Chiesia [sic] unito ad un altra Chiesa, molti miglia lontani. Questo negocio lo sollicita lo vescovo di Cracovia, che è apresso la Maestà del Re lo primo<sup>87</sup> et veramente bona persona, et che merita da sua Santità la gratia. Si sua Santità li farrà la gratia, V.ra Signoria mi ni scriva, che possi ornare il dono cum le parole<sup>88</sup>.

Le cose di Boemia [*refert in alia epistula huic alligata. Refellit accusaciones, quasi rex et regina Hungariae essent fautores Lutheri, quamvis verum sit in eorum aula praedicatorem quendam Lutheranum per aliquot temporis spatium versatum esse, quem tamen, edicto antilutherano promulgato, expulissent.*

<sup>c)</sup>Di Buda, XVII Augusti 1524 etc.

Signor mio. Di V.ra Signoria Rev.ma certissimo servitore

lo barone del Burgio nuntio<sup>c)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Linea rubra subductum.*

<sup>b)</sup> *Correctum ex: si è*

<sup>c-c)</sup> *Autographum.*

## N. 12.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Iacobo Fugger eiusque nepotibus**

Romae, 1 X 1524.

*Committit eis, ut ex pecuniis apud ipsos olim a card. legato Thoma (De Vio) depositis, persolvant Ioanni Antonio Buglio, nuntio in Hungaria et Polonia, summam primo 380 ducatorum auri de Camera et deinde singulis mensibus 100 similes ducatos, donec nuntii munere functus sit.*

**Cop.:** AV, Arm. 39, ms. 45 f. 116v-117r. Transumptum in brevi iisdem "Dilectis filiis Iacobo Fuccaro, eiusque nepotibus, Mercatoribus Germanis, aut eo-

<sup>86</sup> Commissarii, ad hoc nominati a summo pontifice, fuerunt suffraganeus Cracoviensis, Ioannes Amicinus, et abbas Tineensis OSB, Stanislaus Baranowski. v.infra, N. 14.

<sup>87</sup> Petrus Tomicki, regni Poloniae vicecancellarius.

<sup>88</sup> De ulteriore huius negotii tractatione v. infra, N. 13 et 14.

rum in Hungariae et Poloniae Regnis Agentibus", 12 II 1525 dato (ibidem, f. 116v-117v).

### Clemens papa VII

Dilecti filii<sup>89</sup>, salutem et apostolicam benedictionem. Volentes commodis ac necessitatibus dilecti filii Ioannis Antonii Pullei, Baronis Burgi Siciliae, quem dudum ad char. mos in Christo filios nostros, Ludovicum Ungariae et Boemiae ac Sigismundum Poloniae Reges Illustres, pro rebus et negotiis Catholicae fidei destinavimus, providere, ne, dum ibidem et nostro et huius Sanctae Sedis nomine permanebit, in aliquo patiatur, vobis in solidum per praesentes committimus et mandamus, ut acceptis praesentibus, eidem Baroni Burgi, nostro et huius Sanctae Sedis nuntio, sive eius legitimo procuratori, de pecuniis, quas dilectus filius noster Thomas, tituli Sancti Sixti presbiter Cardinalis, dum et ipse praedictae Sedis legatus ibidem existebat<sup>90</sup>, apud vos, nostro et Camerae Apostolicae nomine, depositum, summam primo trecentorum et octoginta ducatorum auri de Camera, ad rationem X iuliorum pro quolibet ducato, [117r] tradatis et consignetis; deinde, donec ibidem moram traxerit, seu aliud a nobis habuerit in mandatis, centum ducatos similes singulis mensibus, a data praesentium inchoando, persolvatis seu persolvi faciat.

De quibus summis, sic ut confertur solutis et persolvendis, apochas seu chirographa ab eo factas apud vos retinebitis [unam], alteram vero ad dilectum filium Franciscum Armellinum Medices, tituli Sanctae Mariae in Transiberim et Callisti presbiterum Cardinalem, nostrum et S.R.E. Camerarium<sup>91</sup>, transmittetis. Nos enim dictas pecuniarum summas, postquam sic persolutae fuerint, in computis nostris admittemus ac praedicto Camerario, necnon dilectis filiis Praesidenti et clericis ac Thesaurario generali nostro, ut eas in dictis computis admittant mandavimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima Octobris 1524, Pontificatus nostri anno primo.

Evangelista<sup>a)92</sup>

<sup>a)</sup> Sequitur textus brevis 12 II 1525 dati:  
Cum autem praedicta summa 380 ducato-

rum auri de Camera ducatorum quadrin-  
gentorum sexaginta debeat esse [in mo-

<sup>89</sup> Fugger, celebris familia mercatorum Germanorum. Iacobus II mortuus est a. 1525.

<sup>90</sup> De legatione Thomae de Vio in Hungaria, v. supra, N. 1, 4.

<sup>91</sup> Franciscus Armellini de Medicis († 1527), cardinalis ab a. 1517, tempore pontificatus Clementis VII camerarius et pro-vicerectarius Romanae Ecclesiae.

<sup>92</sup> Tarasconi.

neta currenti], ne talis error in praeiudicium et damnum dicti Ioannis Antonii tendat, vobis et cuilibet vestrum mandamus per praesentes, ut ducatos octuaginta auri similes priori dictae summae quadringentorum sexaginta ducatorum primo solvendae eidem [117v] solvatis et solvi faciatis, necnon ad solutionem

centum ducatorum auri singulis mensibus eidem faciendo, prout in praeinsertis litteris latius continetur, vos continuare volumus et vobis mandamus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae etc, die XII Februarii 1525, anno 2. Evangelista.

### N. 13.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Iacobo Sadoleto**

Budae, 31 X 1524.

*Notum facit regem Hungariae respondisse oratoribus Polonis in negotio defensionis adversus Turcas et suppressionis Lutheranismi eosque absolvisse; magnum magistrum ordinis Theutonicorum venisse Budam et petere, ut causa eius cum rege Poloniae decidatur, antequam induitiae quattuor annorum exspirent (10 IV 1525), qua in re statutum esse, ut arbitri vel eorum commissarii convenienter Possonii, ipse (nuntius) autem vellet, ut haec lis potius per oratores partium litigantium, mediantibus arbitris, solvatur. Exspectat responsum regis Poloniae de oratoribus eius Romanam mittendis. Gratias agit pro augmentatione pensionis, sed timet, ne si per card. Armellini solvi deberet, illam nunquam habiturus sit.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 26r-27t. In f. 27v inscriptio, vestigia sigilli et alia manu: "R[ispos]to XV di Novembre".  
**- Ed.:** Fraknói ROP, p. 56-60.

†

Mon Signor Rev.mo.

*[Respondet ad eius litteras 2 IX et 7 X datas. Notum facit regem Hungariae mittere suos oratores ad comitia Moraviae, in quibus agetur de unione calixtinorum Bohemorum cum Ecclesia Romana et oratoribus ad comitia Bohemiae eligendis; brevia pontificia in negotio istius unionis optime accepta fuisse, quod etiam de reprimendis Picardis (Lutheranis) Bohemicis bonam spem dare videatur].*

Li Ambaxatori Polloni son stati hogi expediti<sup>93</sup>. Et li è stato resposto che sua Maestà ha pensato bene ali periculi che li minacciano dal Turco, et che per assicurarsi non sa pigliar altra via che prepararsi ad defendersi; spera in sua Santità, in l'Imperatore et in lo Re Pollono, in li suoi subditi, tanto che porrà conservarsi cum l'aiuto divino, che mai manca a quelli che hano cussì bona intentione. Et questo fu per resposta de lo primo capo di la legatione sua, in che diceano che poiché tutti Principi l'abandonavano, doveano pensare li dui Re ad conservar li loro Regni lo meglio che potessero. Al altro capo, che era contro Lutherani, fu resposto che sua Maestà non è per mancare de fare tutte le provisioni possibile [sic] per stirpare questa setta, como ha fatto li Ambaxatori presenti<sup>94</sup>.

[26v] Lo Maestro di Prussia è venuto qui<sup>95</sup>. Have adomandato che la Mae- stà del Re expedisca la causa, secundo lo compromisso fatto quattro anni so- no, inanti che spiri lo termino, che è ali X di Aprile proximo<sup>96</sup>. Haveriasi per decidere questa causa di far convento, ove convenisse questa Maestà, lo Prin- cipe Ferdinando, lo Duca di Sassonia, lo Cardinale Salspurgense, che sono Commissarii<sup>97</sup>; ove si haveria di vedere per ragione si lo Maestro dovesse pre- star sacramento homagio al Re, o non. Lo qual convento pare molto difficile che si faczi, né par possibile che si possi questa causa decidere per viam iu- ris. Io era di parere che si mandassiro qui Ambaxatori per l'una parte et l'al- tra, et il Re vedesse di comprenderli cum alcun mezo, o di pace, o di tregua. Et cussì era concluso inanti la venuta di lo Maestro di Prussia. Al presente si hano resoluto che questo convento, che diviriano [sic] fare questi Principi in persona, si fazi per Commissarii in Posonio<sup>98</sup>. Che al mio parere serrà niente, zoè che non si concludirà cosa alcuna; lo tempo passirà et questi signori ver- ranno in guerra, ad gran danno di la Christianità. Da che la mia voce non ha possuto in consiglio vincere, che era la più honesta et certa, travagliò in que- sto mezo che lo convento si fazi di far trattare la prorogatione di la tregua.

*[De regno Hungariae adversus Turcas defendendo et de conflictu Hungaro- rum cum Venetis super expensis defensionis Clissae in Dalmatia].*

<sup>93</sup> Andreas Krzycki, epus Premisiensis, et Ioannes Wieczfieński († 1535), castellanus Plocensis ab a. 1522, missi Budam mense Septembri 1524 (Działyński AT VII, p. 63, 83), advenerunt Budam 6 X (ibi- dem, p. 84).

<sup>94</sup> Instructio legationis Krzycki et Wieczfieński non invenitur. Pociecha, nixus epistulis Krzycki (ed. Działyński AT VII, 83-86), arbitratur eos missos esse in negotio defensionis catholicorum Bohemorum et conservationis privilegiorum Moraviae (Pociecha KB II, p. 196). Pajewski vero asserit causam eorum missionis fuisse rerum Hungaricarum accommodationem (Pajewski SPW, p. 43).

<sup>95</sup> De Alberti, magni ordinis Theutonicorum magistri, adventu Budam scribit etiam Andreas Krzyc- ki in epistula 25 X 1524 ad Petrum Tomicki data, v. Działyński AT VII, p. 85.

<sup>96</sup> Vide Ferreri N. 43; cfr. Biskup WP, p. 450.

<sup>97</sup> Ferdinandus archidux Austriae, Fridericus III dux Saxoniae (1486-1525) et card. Matthaeus Lang († 1540), aepus Salisburgensis ab a. 1519, card. ab a. 1512.

<sup>98</sup> V. epistulam regis Ludovici II ad regem Sigismundum I, 3 XI 1524 datam, qua omnia illi explicat et eum ad veniendum Posonium (Bratislava, Pressburg) pro festo Epiphaniae (6 I 1525) invitat (Dzia- lyński AT VII, p. 86-87).

La Maestà sua mi ha dato resosta di lo mandar li prelati in Roma, et me ha detto [27r] che lo farrà volintieri, anchora non sono però eletti. Io sollicitò che si eligano et che si mandino lo più presto sia possibile. Sua Santità, si volesse che tardassiro, mi disigni lo tempo. Da la Maestà del Re di Pollonia non ho per anchora resosta<sup>99</sup>.

[*De postae difficultatibus superandis, de provisione epo Quinqueecclesiensi (Philippe More) concedenda, de negotio Philippi de Senis in capitulo Strigonensi concludendo.*]

Di li sei cento ducati et lo augmento di la provisione mia di li XL ducati al mese sopra li LX, che sua Santità mi havea deputato<sup>100</sup>, fin qui io non so che si ni sia fatto. Et si lo negocio è in poter di Mons. Larmellino<sup>101</sup>, io o molto poco o niente ci spero. In questo modo non è possibile che io mi sustegni. Si sua Santità è contenta provedermi, mi proveda di sorte che sia cum effetto; si non piace che si fazi tanta dispesa, io non uscirò di la commissione di sua Santità, pur che mi disdebiti di li debiti passati. Et prego V.ra Signoria che mi fazi escire di questo negocio, che porrà più V.ra Signoria con una parola cum sua Santità, che li miei procuratori cum multe cum Larmellino. <sup>(a)</sup>In bona gratia di V.ra Signoria mi arrecomando. Budae, ultimo Octobris 1524.

Signor mio. Lo servitore di V.ra Signoria Rev.ma

lo barone del Burgio<sup>-a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 14.

**Ioannes Antonius Buglio  
Iacobo Sadoleto**

Budae, 22 XI 1524.

*Commendat regis Poloniae ablegatum, qui negotium canonicatus Cracoviensis, Romae Francisco Marsupino commissum, promovere et expedire studeat.*

Or.: AV, Nunz.Germania 55 f. 36r. In f. 39v inscriptio et vestigia sigilli.  
-Ed.: Fraknói ROP, p. 84-85.

<sup>99</sup> Petatio haec, ut videlicet aliquot officiales Poloni, una cum Hungaris et aliis singularum nationum, Romae convenienter de reformatione Ecclesiae tractaturi, facta est regi Poloniae a summo pontifice iam mense Iunio 1524 (cfr. Gołab, p. 14-17), non vero Octobri, ut asserit Jedin (GKT I, p.187). Sigismundus I respondit ad eam solum 1 V 1525 (cfr. Theiner VMPL II, p. 427-428).

<sup>100</sup> Cfr. supra, N. 12.

<sup>101</sup> Card. Armellini de Medicis, cfr. supra, N. 12.

†

Rev.mo Monsignore etc.

Lo portatore di la presente viene a Corte, mandato da la Maestà del Re di Pollonia per alcuni negocii importanti<sup>102</sup>. Secondo esso dice, lieva carco da la Maestà sua di expedire quella dissunione del Canonicato di Cracovia, che V.ra Signoria mi scripse che Messer Francisco Marsupino<sup>103</sup> l'haveria expedita, perché sua Santità ni era contenta<sup>104</sup>. Suplico V.ra Signoria che li dia lo indirizzo como possa expedirla, perché ni sono pregato grandemente da la parte di sua Maestà di poi che io gli ho fatto intendere dale<sup>a)</sup> lettere di V.ra Signoria Rev.ma la mente di Nostro Signore essere cussì. Et in la bona gracia etc. Di Buda, XXII Novembris 15XXIII [sic].

<sup>b)</sup>-Signor mio. Al servitio di V.ra Signoria prontissimo

lo barone del Burgio nuntio etc.<sup>-b)</sup>

a) In ms.: al

b-b) Autographum.

## N. 15.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Iacobo Sadoleto**

Budae, 6 XII 1524.

*Nuntiat litteras eius, 3 XI datas, sibi redditas esse una cum brevibus, ad reges Poloniae et Hungariae, necnon sibi de negotio Pruthenico inscriptis; quae in Poloniā destinatae essent, se eas regi misisse una cum litteris legati (Campaggi), regem ad conventum Posoniensem invitantibus. Refert ea, quae de hoc negotio dixerit oratoribus (magni Cruciferorum magistri) et quae in Polonia male accepta sint. Iterum commendat negotium disiunctionis canonicatus Cracoviensis ab ecclesia Plocensi et extensionis ad coadiutorias bullae, qua olim Leo X ordinariis provisionem beneficiorum in mensibus pontifici maximo reservatis concesserat. Negotium pensionis sibi competentis a factore eius Romae existente explicatum iri.*

Or.: AV, Nunz.Germania 55 f. 43r-44r. In f. 44v inscriptio et vestigia sigilli.  
- Ed.: Fraknói ROP, p. 88-92.

102 Nescitur quis iste fuerit. Cfr. infra, Fabro N. 4.

103 Orator regis Ludovici II Romae.

104 Epistula Iacobi Sadoleti (1477-1547), epi Carpentoracensis (ab a. 1517) et secretarii Clementis VII, qui in commercio epistulari cum Ioanne Antonio Buglio Ioanni Matthaeo Giberti, die 30 X 1524 ad regem Galliae Franciscum I misso (cfr. Pastor SP IV/2, p. 174), substitutus erat, desideratur.

†

Rev.mo Monsignore etc.

Le di V.ra Signoria di li III di Novembre<sup>105</sup> mi son state donate in sieme cum li brevi a la Maestà del Re et di quello di Pollonia, cum il mio per il negocio Prutenico<sup>106</sup>. Quello del Re di Pollonia ho mandato et scritto a la sua Maestà, conformandomi cum una lettera che la Signoria del Legato havea fatta a la sua Maestà, invitandolo al convento di Posonio<sup>107</sup>. Et aspettirò risposta di la sua Maestà et mi concordirò cum lo iuditio di Mons. lo Legato in questo negocio et in ogni altro, como sua Santità mi comanda.

Circa lo suspecto di Pollonia et lo iuditio di costà scritto in zifara, quello che io ho cum li Ambaxatori negociato viene molto a lo proposito, non però che io habbi andato "al fine che vui signori considerate"; ma per mostrar che non ci fano paura cum dire tante volte che vogliono far pace, ho detto: Dio volesse che si potesse trovar mezo di pigliar accordo alcuno cum la securità vostra, che forse a sua Santità non dispiacirebbe, ma lo accordo, voltandolo como volete, non potrà esser si non cum la perditione vostra<sup>108</sup>. Questo havea io detto per mostrar loro che non ci fano filo et per liberar sua Santità da le loro addomande. Al presente, havendo inteso la mente di sua Santità, dirizirò sempre a quel fine la negotiatione di questo caso, si accadirà intenderne altro, et ni donirò haviso a sua Santità.

*[Disserit de distributione subsidiis pontificii, Hungaris pro defensione adversus Turcas donati; de oratoribus baronum Bohemorum (calixtinorum?), qui unionem cum Ecclesia Romana expetunt. [43v] Exspectat responsum ducis Saxoniae ad litteras regis Ludovici].*

La Maestà del Re di Pollonia mi ha scritto, et similmente il Vicecanceliere, como V.ra Signoria vederà per le loro lettere, che le mando cum la presente, sopra lo negocio di questa disunione del canonico Cracoviense<sup>109</sup>. Parmi che sua Santità have commesso di novo a non so chi che volesse dar informatione di lo negocio a sua Santità<sup>110</sup>, benché la data del breve sia molto

<sup>105</sup> Desiderantur.

<sup>106</sup> Omnia desiderantur. De his brevibus scribebat legatus Laurentius Campeggi Iacobo Sadoleto Vindobona 23 IX 1524: "De li brevi in differentia Pruthenica con le prime risolutamente scriverò il bisogno et quello mi occorrerà" (Fraknói ROP, p. 39).

<sup>107</sup> Etiam hae epistulæ legati Campeggi et nuntii Buglio, quibus regem invitabant, ut cum rege Hungariae Posonij convenirent, non inveniuntur.

<sup>108</sup> Verba haec, ut ex accuratiore textus investigatione coniici potest, dicta erant magno magistro ordinis Theutonicorum Alberto eiusque comitibus, qui mense Octobri Budam venerunt de fine iudicii compromissari super lite cum rege Poloniae tractaturi (v. supra, N. 13). Oratores Poloni, Krzycki et Wieczfieński, tunc Budae praesentes, mala de his colloquiis suspiciati sunt, ut patet ex litteris Krzycki 11 XI 1524 datis (ed. Działyński AT VII, p. 86). Cfr. Pociecha GHP, p. 120.

<sup>109</sup> V. supra, N. 11 et 14. Epistulæ regis et epi Tomicki desiderantur.

<sup>110</sup> Cum commissarii antea nominati, Amicinus et Baranowski, fuerint canonici Cracovienses, epus Plocensis, Raphael Leszczyński, petit a Clemente VII, ut alias commissarios nominaret, qui tandem 7 VI 1524 rem investigandam commisit aepo Łaski et epo Vladislaviensi Matthiae Drzewicki, v. breve eodem die datum, in quo integrum negotium describitur, apud Theiner VMPL II, p. 417.

prima che la gratia che have fatto al Re per le lettere di V.ra Signoria. A me in questo negocio mi par che sia superchio sua Santità aspettar altra informatione, perché apertamente pare quanto sia iusta la adomanda del Re. La bona memoria di papa Leone unì un canonicato di Cracovia perpetuamente al vescovo di Plosca, che è lontano l'un vescovato di l'altro più di cento miglia. Al Re pare extraneo et difforme, et dimanda la disunione. A me pare che per nixun conto porria mai star bene che un vescovo di Cremona havesse a prove der un canonicato in Carpentrasso. La Signoria V.ra haverà cum la presente le scripture<sup>111</sup> et quello che la Meastà sua desidera. Et è venuto uno a Roma che haverà cura di lo negocio<sup>112</sup>. V.ra Signoria mi scriva che exito haverian.

Adomanda anchora una confermatione di una bolla, et vorria che si ampiasse ale coadiutorie di beneficii apartenenti ali ordinarii. Altra volta ni scripse non so che anchor di questo a sua Santità, ma non hebbi respostā<sup>113</sup>. V.ra Signoria mi farrà gratia di tutto arespondere.

*[De praeparationibus Turcarum ad invadendam Hungariam. Iterum commendat expeditionem provisionis pro epo Quinqueeclesiensi (Philippo More). [44r] Regem Hungariae esse gratum summo pontifici pro auxiliis sibi suppeditatis. nomine summi pontificis se Stephanum Brodarics ad primum episcopatum vacantem regi commendasse, hactenus tamen nihil consecutum esse. Belibecum parare novam aggressionem arcium Pétervárad et Titel, quae ab aepo Colocensi (Tomori) defenduntur].*

Di la provisione mia non dico più altro, per non fastidire a V.ra Signoria di più longa scriptura. Nicolò mio parlirà cum V.ra Signoria lo bisogno<sup>114</sup>. Né altro ci è che rescrivere ale lettere di V.ra Signoria, o novo di qui. Et in la bona gratia etc. Budae, VI Decembris 15XXIII.

(a)-Al servitio di V.ra Signoria prontissimo

lo barone del Burgio nuntio etc.<sup>-a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

<sup>111</sup> Copiae horum scriptorum ("bullae unionis canonicatus et praebendae ac domus canonicalis Cracoviensis episcopatui Plocensi a Leone X decretæ", s.d., "primi brevis apostolici" Clementis VII, 27 I 1524 dati, et "secundi brevis et posterius impetrati", dati 7 VI 1524), inveniuntur inter documenta a Sadoletto collecta, hodie in BV, Vat.Lat. 3924f. 347r-250v.

<sup>112</sup> Vide supra, N. 14.

<sup>113</sup> Epistula nuntii de extensione ad coadiutorias bullæ Leonis X "in favorem ordinariorum super mensibus alternativis" 1 VII 1519 editæ, desideratur. Copia huius bullæ invenitur, una cum scriptis supra memoratis, in BV, Vat.Lat. 3924f. 345r-360v.

<sup>114</sup> V. supra, N. 13.

## N. 16.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Iacobo Sadoleto**

Budae, 26 XII 1524.

*Mittit litteras regis Poloniae et cancellarii (Szydłowiecki), responsivas ad suas de mittendis Romam oratoribus Polonis, necnon alias epi Premisliensis (Krzycki), quibus respondet ad suas et legati (Campeggi) in negotio Pruthenico. Notum facit Paulum Centurione discessisse Buda, in Moscoviam per Poloniam profecturum. Legatum (Campeggi) advenisse Budam 18 XII. Existimat adiutorium papae, imperatoris et regis Poloniae, per eorum oratores concedendum, necessarium esse pro regni Hungariae conservatione.*

Or.: AV, Nunz.Germiania 55 f. 40r-41v. In f. 42v inscriptio et sigillum.

- Ed.: Fraknói ROP, p. 96-100.

†

Rev.mo Monsignore etc.

La Maestà del Re di Pollonia, per una sua lettera, mi responde al negocio di mandare il vescovo et altri prelati che sua Santità adomanda da la sua Maestà<sup>115</sup> et V.ra Signoria molti giorni sono mi sollicitava, secondo porrà vedere per le lettere di sua Maestà et del Cancelliere<sup>116</sup>. Et novamente mi responde il Vescovo di Primislia del negocio Prutenico, del quale havea Mons. Rev.mo lo Legato et io, conforme a le lettere di V.ra<sup>a)</sup> Signoria, scritto a sua Maestà. Le quale [sic] lettere tutte vano cum la presente<sup>117</sup>. V.ra Signoria mi farrà gratia di arespondere, maxime a la materia di quella disunione et di l'altra ampliacione di la bulla, che lo Re desidera<sup>118</sup>.

Paulo Centurione, mercante Genovese, al quale sua Santità donò il breve per il Duca di Muscopia<sup>119</sup>, è capitato questi giorni qui. Et l'ho expedito per la via di Pollonia, pregando la Maestà del Re che li concidesse il passo<sup>120</sup>. Et cum bona compagna si è partito a li XII del presente. Che Dio lo mandi a bon viagio cum bon fine di l'intento di sua Santità.

Mons. Rev.mo lo Legato gionse qui alli XVIII del presente, assai ben visto et honorato, al costume del paese. Et in quelli pochi giorni che sua Signo-

<sup>115</sup> Cfr. supra, N. 12. Epistula regis ad nuntium desideratur.

<sup>116</sup> Etiam litterae cancellarii Christophori Szydłowiecki ad nuntium non inveniuntur.

<sup>117</sup> Nec una illarum inventa est.

<sup>118</sup> Vide supra, N. 11, 14, 15.

<sup>119</sup> Breve hoc, 25 V 1524 datum, editum est a Działyński in AT VII p. 21-22 ex copia verisimiliter per ipsum Centurionem in Polonia relicta. De missione huius mercantis in Moscopia cfr. supra, N. 11.

<sup>120</sup> Litterae nuntii ad regem desiderantur.

ria Rev.ma è stata qui have apertamente conosciuto quello che io tante volte ho et detto et scritto ala sua Santità, zoè che per mettere ordine a questo Regno una sola via ci è che cum consiglio humano si può vedere. Et è questa che apreso la Regina<sup>121</sup> sia da parte di Limpertore [sic] uno Ambaxatore che dirizi la Regina per lo bon camino, et che havesse bon intelligentia cum li homini del Papa, et attendessero al ben comune; et un'altro Ambaxator porria tener il Re di Pollonia. Questi tre forano sufficienti di aconzar lo Regno.

[40v] *[Commendat Stephanum Verböczi, qui petiit reliquias sancti Sebastiani. Ex Bohemia scribunt de bona spe unionis calixtinorum cum Ecclesia Romana. De defensione arcium in confiniis adversus Turcas. [40v-41r] Exponit opinionem suam de commodis et incommodis societatis papae cum imperatore ex una et cum Gallis ex altera parte, et censem summum pontificem ante omnia bonum Italiae pree oculis habere debere].* Altro non accade, si non in la bona gratia di V.ra Signoria arrecomandarmi. Buda, XXVIII Decembris 15XXIII.

P.S. *[Dissensiones Hungarorum de officiis comitis Temesvarensis et palatini Transilvaniae assignandis].*

<sup>a)</sup> Al servitio di V.ra Signoria prontissimo

lo barone del Burgio nuntio etc.<sup>b)</sup>

<sup>a)</sup> In ms.: sua  
<sup>b-b)</sup> Autographum.

## N. 17.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Iacobo Sadoleto**

Budae, 6 II 1525.

*Scribit se regi Poloniae significasse societatem a summo pontifice cum rege Galliae initam, necnon voluntatem eiusdem pontificis, ut aliquis e Polonia orator Romam mitteretur; Paulum Centurione in Polonia bene acceptum et in Moscoviam expeditum esse; magnum magistrum ordinis Theutonicorum venisse Budam, decisionem iudicii compromissorii in lite sua cum rege Poloniae petiturum, dixisseque condiciones, ut, si rex iste tergiversaretur, rex Hungariae arma adversus eum converteret et cardinalis legatus (Campeggi) illum excommunicaret; quas condiciones a legato reiectas esse notificat.*

**Or.:** AV, Nunz. Germania 55 f. 47r-50v (a f. 48 ad f. 50 ordo foliorum inversus). In f. 51v inscriptio et vestigia sigilli.  
- **Ed.:** Fraknói ROP, p. 132-138.

<sup>121</sup> Maria Habsburg (1505-1558), soror imperatoris Caroli V, uxor regis Hungariae Ludovici II ab a. 1522.

†

Rev.mo Monsignore etc.

*[Refert reginam Hungariae aegre tulisse foedus a summo pontifice cum rege Galliae et Venetis adversus imperatorem initum (5 I 1525), illamque et eius comites Germanos invisos esse Hungaros].* In Pollonia ho scritto non per via di iustificare, non ni havendo di bisogno, ma como in dare haviso simplicemente di quello che si intendeva di Italia<sup>122</sup>. Venuta risposta, serrà V.ra Signoria Rev.ma havisata di quello che respondiranno. Ben credo che non li dispacirà molto, perché mi parve vedere quando io fui là che pendevano più a Francesi che a Tedeschi. Ben credo che porria quella Maestà pigliare occasione per questa nova di non voler accordo cum lo Mastro di Prussia<sup>123</sup>, conoscendo che non pò haver assoccorsa da l'Imperatore, per essere occupato in tanti affari suoi particolari. Questo a la nova, data da V.ra Signoria per lettere di li VI.

Vengo a questa di XVII. [47v] Di lo mandare di lo Ambaxatore in Corte, io havea scritto in Pollonia quello che V.ra Signoria Rev.ma mi havea scritto di questo, et soggionse che io credea che lo simile volesse la sua Santità intendere di quello di Pollonia<sup>124</sup>. Io non sollicitirò né li scrivirò altramente. Di quello che si farrano loro, io intendendolo ni donirò haviso.

Paulo Centurione capitò in Pollonia et fu di la Maestà del Re expedito et provisto per haver stata data fede ale lettere mie, como V.ra Signoria Reverendissima vederà per una lettera che mi fa il Sig. Palatino di Cracovia, che serrà cum la presente<sup>125</sup>.

*[De eius et legati Campeggi conatibus, ut regem Hungariae inducerent ad reformationem regni aggrediendam].*

[50r] Circa lo negotio Prutenico: lo Maestro di Prussia è qui<sup>126</sup>, et have adomandato che si continuasse la dieta Posoniense et si venisse al fine del compromesso. Et per esser il tempo breve, che non ci restano si non dui mesi<sup>127</sup>, non have parso possibile che si possi lo convento far, né decidere la causa. Et però si è trattato cum lo Maestro di prorogare le tregue, havendosi in

<sup>122</sup> Scilicet de illo foedere summi pontificis cum Gallis et Venetis. Epistula baronis Burgii non inventur.

<sup>123</sup> De lite Alberti cum rege Poloniae solvenda v. infra in hac et sequentibus epistulis nuntii. Cfr. Pociecha GHP, p. 120.

<sup>124</sup> Epistulae de negotio missionis legatorum Ecclesiae Polonae Romam (cfr. supra, N. 13) non inventiuntur.

<sup>125</sup> Epistula palatini Szydłowiecki desideratur. De intercessione nuntii apud regem v. supra, N. 16. Originale responsum regis summo pontifici de Centurione a se bene accepto, 8 VI 1525 datum, invenitur AV, AA I-XVIII, n. 2435 (ed. Theiner VMPL II, p. 430).

<sup>126</sup> Albertus Hohenzollern advenit Budam die 16 I 1525, v. Campeggi ad Sadoleatum, 22 I 1525 (Fraknói ROP, p. 123).

<sup>127</sup> De conventu Posoniensi convocando et de indutiarum mense Aprili 1525 expiratione v. supra, N. 13 et 15.

animo di mandare per questo ambaxata al Re Pollono<sup>128</sup>. Poi di molti trattati have il Maestro resposo [sic] di contentarsi cum certe conditioni, fra le quali sono due dishonestissime: La una è che vole che, si lo Re Pollono non volesse accettare la prorogatione di le inducie et compromesso che in le mani sue sta (non havendo questo Re<sup>129</sup> autorità di prolungarle per se, como iudice compromissario), che questa Maestà pigli l'arme in favore di gran Maestro contra il Re. L'altera si è che in lo medesimo caso vorria che il Cardinale procedesse contra medesimo Re, come si procede contra li perturbatori di la pace, cum censure. Monsignor Rev.mo li ha resposto assai prudentemente che non vol fare niente, mostrandoli le ragioni perché. Et cossì so[no] di parer li Consiglieri del Re che il Re aresponda. Ma la Regina<sup>130</sup>, che favorisce lo Maestro, vorria che si li dasse la respuesta che lo Maestro vole. Noi staremo al vedere: si vorrano lo parer nostro, ci lo daremo, como havemo dato che non si ne faza [sic] niente, et travagliaremo cum ogni studio a metterci qualche accordo, si serrà possibile<sup>131</sup>.

*[De reliquiis sanctorum pro Stephano Verböczi Roma mittendis. [50v] De praevio iudicio suo super rebus Italiae (v. N. 16). De diversitate opinionum calixtionorum Bohemorum in negotio bonorum ecclesiasticorum restituendorum et unione cum Ecclesia Romana ineunda. [49r-v] De confinium Hungariae ab aepo Colocensi (Tomori) defensione eiusque meritis].* (a-Et basando li Ss.mi piedi di Nostro Signore, in bona gratia di V.ra Signoria mi arrecomando. Budae, VI Februarii 1525.

Signor. Di V.ra Signoria certissimo servitore

lo barone del Burgio<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> Autographum.

## N. 18.

**Ioannes Antonius Buglio  
Iacobo Sadoleto**

Budae, 26 IV 1525.

*Notum facit oratorem regis Hungariae (Ioannem Statileo) sibi scripsisse de homagio magni magistri ordinis Theutonicorum (Alberti) regi Poloniae praestito, de Prussia ipsi in feudum data ac de proposito filiam regis (Hedvigem) ip-*

<sup>128</sup> Die 20 I 1525 Buglio scribebat Sadoleto: "Lo Maestro di Prusia è vinuto ad adomandare il fine del iuditio compromissorio. Mons. Rev.mo [Campeggi] forse si risolvirà mandare a questo effetto lo Ve-scovo Scarense [Franciscum Cito] al Re Pollono" (Fraknói ROP, p. 119).

<sup>129</sup> Ludovicus II.

<sup>130</sup> Maria Habsburg.

<sup>131</sup> Idem refert etiam legatus Campeggi in sua epistula ad Sadoleto, 8 II Buda data (Fraknói ROP, p. 140-141).

*si matrimonio copulandi. Censem hanc rem animum additurum Lutheranis, ideo proponit, ut rex a pontifice et imperatore vituperetur. Addit nova ab aepo Strigoniensi (Szalkai) habita de oratore Turcarum in Poloniam misso et recensem epistulam palatini Cracoviensis, qua factum regis excusat. Miratur reginam sibi nihil de hoc negotio responsi dedisse.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 60r-62r. In f. 62v inscriptio, sigillum et (alia manu) summarium.

- **Ed.:** Fraknói ROP, p. 171-175.

†

Rev.mo Monsignore et Patronne honorando.

*[Gaudet de foedere (1 IV 1525, post imperatoris Caroli V victoriam Paniensem) a summo pontifice cum imperatore et rege Angliae (Henrico VIII) aduersus Gallos inito] a beneficio et salute di Italia.*

Circa le cose Bohemice non ho che dire, attendendo ad aspectar li Ambaxatori, li quali son tardati ad venir per le cause che per le altre lettere scripsi a V.ra Signoria<sup>132</sup>.

Di lo negocio Prutenico haverà V.ra Signoria Rev.ma inteso quello che ni sentiva per lettere di lo Ambaxatore del Re<sup>133</sup>. Al presente per lettere del medesimo Ambaxatore et altri si entende lo Maestro<sup>134</sup> haver fermato pace perpetua cum quella Corona et haver donato sacramento homagio al Re et preso lo standardo da la sua Maestà, et sua Maestà li haver donato la Prusia in ducato per se et heredi suoi<sup>135</sup>. Et ho visto lettere del Maestro, ove si intitula Duca di Prussia. Et publicamente è fama che il Re li dona la figluola per sposa, la quale è sorella consobrina del Maestro<sup>136</sup>. Particularitati et condizioni di la pace non posso fin qui sapere, perché non le scrivino. Ben credo essere tali che si ne vergognano di publicarle. Lo Ambaxatore si remette a dirle quando serrà qui, che serrà per tutta questa settimana. Ben so questo che

<sup>132</sup> Cfr. epistulam 16 IV 1525 datam, Fraknói ROP, p. 160.

<sup>133</sup> Ioannes Statileo († 1542), Dalmata, ab a. 1521 praepositus Budensis, a rege Ludovico II in Poloniā pro componenda controversia cum Alberto missus; fuit Cracoviae a 12 II 1525, cfr. Pociecha KB II, p. 120.

<sup>134</sup> Albertus Hohenzollern.

<sup>135</sup> Sic dictum Homagium Prussicum, coniunctum cum tractatibus de saecularisatione Ordinis BMV Theutonicorum in Prussia et creatione ducatus hereditarii pro Alberto, tanquam regni Poloniae vassallo, celebratum est sollemniter Cracoviae 10 IV 1525. Cfr. Pociecha GHP, p. 128-142.

<sup>136</sup> De proposito hoc nihil scitur. Hedvigem (1513-1573), filiam primogenitam Sigismundi I et Barbarae Zápolya, paulo ante uxorem ducere volebat cognatus Alberti, Ioachimus, marchio Brandenburgensis, qui tandem, aliis propositionibus intermediis (de quo infra, in N. 30 et in nuntiatura Nicolai Fabro), despontavit eam a. 1535. Notandum est matrem Alberti, Sophiam, sororem fuisse regis Sigismundi. Cfr. Ferreri N. 15, annotationem 141.

questa cussì fatta pace have donato et donirà grande animo a tutti li Lutherani et Picardi di Bohemia, quando vedano uno Re vechio et cusi bon christiano haver consentito che una relligione se arruini del tutto, et che non solamente permette che lo Maestro pigli moglie, havendo fatto li tri voti che so gliono li maestri fare, ma li dona anchora la figlia per moglie. Et tanto più li vescovi che sono in Prusia, cum li altri preti et prelati, piglirano moglie et farrano di li beni di la Eclesia [sic] suoi feudi, como questi Lutherani si iactano.

Penso che nixuna cosa tanto haverà mosso il Re, quanto la victoria di Caesare in Italia<sup>137</sup> et il credersi la Sede Apostolica che seria aruinata. Et però mi è parso [60v] bene scrivere a sua Maestà la nuova confederatione<sup>138</sup>, forse che li farrà tirare lo piede a retro, si non del tutto, almeno di una parte, si sua Santità si vorrà di questo resentire. Si però non è fatto di consenso di sua Santità, che si havesse mossa per alcune ragioni incognite a me. Nixuno altro remedio serrà più oportuno, secondo a me pare, como usare lo remedio di Caesare, il quale mostri arduamente dolersi del Re, como quello che appartiene lo ordine a sua Maestà Caesarea et a tutta la natione Tudesca et similmente farni dolere tutta la natione. Et cusi piccolo lo Regno di Pollonia et exhausto et tanto li è formidabile la potentia di Caesare, maximamente vendendola unita cum quella del Papa et il Re Anglico<sup>139</sup>, che la Maestà del Re mutirà proposito<sup>140</sup>.

Sua Maestà è buona persona et in molte cose si lassa gubernare, et lo consiglio, in mano di cui stano simili negocii, è in parte assai corrotto. Et per dir in poco [sic] parole, la Maestà del Re è vero ciò del Re di Ungaria. Et li negocii di quel Regno, cum lo governo, sono molto simili a questi di questo Regno. Mi era dimenticato di dire che lo bon Maestro di Prusia comenza ad scrivere, per coprire la sua colpa, li miraculi di Lutherani, como vederà per mia lettera, di la quale Mons. Rev.mo<sup>141</sup> manda la copia.

*[Sequitur descriptio negotiorum Hungaricorum et defensionis illius regni adversus Turcas (sub aspectu militari), necnon divulgationis Lutheranismi in Germania (insurrectio rusticorum)].*

[61v] Poi di haver scritto la presente, Mons. Strigoniense<sup>142</sup> have mandato una lettera che fa Statilio, cum la copia del sacramento prestato al Re<sup>143</sup>. Et dice essere venuto uno nuntio dal Turco a la Maestà sua. Poi mi è stata donata una lettera che il palatino di Cracovia mi fa, et del negocio

<sup>137</sup> Victoria ab exercitu Caroli V de Gallis prope Papiam reportata, 24 II 1525.

<sup>138</sup> Summi pontificis cum imperatore, v. supra, N. 17.

<sup>139</sup> Henricus VIII.

<sup>140</sup> Eiusdem opinionis erat etiam legatus Campeggi, qui tunc Budae aderat, cfr. eius eplam ad Sadoletum, 26 IV datam, apud Theiner VMH II, p. 697. Cfr. etiam eius posteriores litteras, 8 et 26 Maii 1525 datas (ibidem p. 699-700 et Fraknói ROP, p. 196-203).

<sup>141</sup> Legatus Laurentius Campeggi? Epistula desideratur.

<sup>142</sup> Aepus Vladislau Szalkai.

<sup>143</sup> Id est textum iuramenti Alberti, recens creati ducis in Prussia, regi Poloniae praestiti. Textus hic invenitur etiam in epistula, quam Andreas Cricius ad nuntium dedit, v. infra, N. 19.

Prutenico et di questo nuntio, la quale mando inclusa ala presente<sup>144</sup>. Mi si ricorda alcuni mesi sono di haver scritto a V.ra Signoria Rev.ma dili trattati del Re Pollono, zoè [sic] che volea il Re concertar la liga cum il Turco, et poi ordinato Ambaxatore per Roma et adomandare subsidio; et che mancandoli, volea fare tregua o pace cum esso<sup>145</sup>. Al presente mi par che si vada verificando. Io ho scritto al palatino ben a proposito. Di la Regina mi son maravigliato che non habbi per anchora risposta di lo negocio Prutenico, anchor che scriva il palatino che non ci è altra condicione si non chri[62r]stiana, l'effetti mostrando il contrario. Ma in breve si sapirà il tutto. <sup>(a)</sup>Et basando li piedi di sua Santità, in bona gratia di V.ra Signoria mi arrecomando. Budae, XXVI Aprilis 1525.

Al servitio di V.ra Signoria prontissimo

lo barone del Burgio nuntio etc.<sup>-a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 19.

**Andreas Krzycki, epus Premisliensis  
Ioanni Antonio Buglio**

Cracoviae, [ante 1 V] 1525.

*Explicat, quomodo ad suppressionem ordinis Theutonici et creationem du-  
catus in Prussia, regni Poloniae feudatarii, deventum sit, Georgio marchione  
Brandenburgensi et Friderico duce Legnicensi id nomine magni magistri Alberti  
proponentibus et re a pluribus regni consiliariis Cracoviae discussa. Id legitime  
a rege factum affirmat. Describit caerimoniam homagii, a recens creato duce  
Alberto Cracoviae die 10 Aprilis sollemniter praestiti.*

**Cop. coaea: Kraków, BJ, ms. 6549, p. 491-502 (ms. Stanislai Górskei).**

**Ed. coaea:** *Andreae Cricii, Episcopi Premisliensis, ad Ioannem Antonium Pulleo-  
nem, Baronem Brugij[sic], nuntium Apostolicum in Ungaria, de negotio Prute-  
nico Epistola.* In f. A1r dedicatio typographi Cracoviensis, Hieronymi Wietor,  
cancellario Christophoro Szydłowiecki: "Cracoviae, Calendis Maij, Anno Do-  
mini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto" (editio officialis, curata a  
secretario vicecancellarii Petri Tomicki, Stanislao Hosio, cfr. facsimile in p.  
150).

**Cop. coaea:** Wrocław, BOss, ms. 177 II f. 254av-259v (ms. Stanislai Górskei).

- **Ed.:** Działyński AT VII, p. 244-255.

- - **Ed.:** Vetulani, p. 90-102 (versio Polonica).

<sup>144</sup> Epistula Christophori Szydłowiecki desideratur.

<sup>145</sup> Epistula huius tenoris deest inter editas a Fraknói; scripta erat 30 III 1525, cfr. infra, N. 21.

**Cop. posteriores:** AV, Nunz.Pol. 5A f. 84r-89v (in dorso:"Missum ab Epo Camerini [Berardo Bongiovanni, nuntio in Polonia a. 1560-1563] die 2 Novembris 1562");  
 Kórnik, BPAN, ms. 213, p. 430-441;  
 Kórnik, BPAN, ms. 223 p. 160-167;  
 Wrocław, BOss. 77 II p. 69-76.

Ioanni Antonio Pulleoni, Baroni Burgi, Nuntio Apostolico in Hungaria agenti, Andreas Cricius [salutem plurimam dicit].

Audio te mirari, mi Baro, Magistrum Ordinis, quem vocant sanctae Mariae Theutonicorum, Ducem in Prussia creatum, eamque metamorphosim non probari a te hoc nomine, quod et a religione et a piis studiis Ser.mi Regis nostri quodam modo aliena videatur<sup>146</sup>. Quare, ut cognoscas nichil, cum ab ipso religiosissimo Principe, tum a Senatu nostro actum esse perperam et inconsulte, explicandas tibi duxi succincte causas et raciones, quae nostros ad eam pacem conficiendam adduxerunt.

Primum, mi Baro, constat ferme universo orbi hanc controversiam Pruthenicam et tot proelia, tot lites, tot turbas, quae eciam universam Christianam Rempublicam concuciebant, non alia de causa obortas, quam quod Reges Poloniae terras Prussiae utpote suas hereditarias asserebant, Magistri vero et ordo ille Regibus Poloniae ut hereditariis dominis parere et subesse reluctabantur, donec, superis iusticiam nostram adiuvantibus, eo res venisset, ut ordo ipse, cuius imperium adeo excreverat, ut maximis quibusvis Regibus par censeretur, succumberet tandem et cum tota dictione sua in subiectionem Regibus et Regno Poloniae solemni concordia et pace perpetua cederet<sup>147</sup>. Quam, longissimo tempore observatam, cum postea, refectis viribus, rursus ordo ipse infringere coepisset, reque aliquamdiu dissimulata et flamma sensim invalesceente, erupisset hoc postremum incendium<sup>148</sup>, ac illud evestigio Divus Leo Pontifex, demum Adrianus sextus, ultimo vero Beatissimus Clemens noster, praeterea Caesarea Maiestas, Ser.mus Ungariae et Bohemiae Rex ac plerique Germani [492] Principes extinguere studuisserunt factis quadriennalibus induciis<sup>149</sup>, sperantes per arbitriarum cognitionem eam controversiam componi posse; idque minime successisset, sed nec succedere forte unquam potuisset. Atque id videntes Ill.mi Principes Georgius, Marchio Brandenburgensis, et Fridericus, Dux Legnicensis et Inferioris Slesiae Capitanus, veriti ne bellum acrius incrudesceret, edoctique Comicia Regni

<sup>146</sup> Recenset hic epistulam, quam Buglio ad reginam Bonam de hoc negotio dederat, cfr. infra, N. 20.

<sup>147</sup> Pace Torunensi, a. 1466 stipulata.

<sup>148</sup> Bellum scilicet, a. 1519 coemptum, cfr. Ferreri, passim.

<sup>149</sup> Cfr. Ferreri, passim.

Pijotrkoviae de ipso negocio agi<sup>150</sup>, rem suo marte aggrediendam pro debito necessitudinis duxerunt, venturosque se illuc ad proponendas Maiestati Regiae non nullas condiciones et modos pacis significarunt. Quia vero Comicia tum solvebantur, visum fuit rem ad Cracoviam reiicere, quo demum sequuti fuerunt Maiestatem suam plerique Consiliarii, tam Ecclesiastici quam Seculares, et facultas Conventus generalis fuit eo quo ad ipsam actionem producta<sup>151</sup>.

Venientes autem praedicti Principes, ingenue evestigio et citra ulla ambages id quod attulerant proposuerunt: Non posse ullam certam et firmam pacem cum ordine constitui, nec eum esse ordinem aliquem qui ordo putaretur, proindeque haberet bona non nulla in Prussia Magister, iure, ut vocant, feudi, et ex illis subiectionem debitam Maiestati Regiae, uti hereditario suo domino, prestaret, Duxque in Prussia et Princeps Regni Poloniae crearetur. Eandemque esse voluntatem et postulata, cum ipsius Magistri tum omnium membrorum et subditorum ordinis. Qui quidem ordo iam alioqui, tempore sic ferente, deficeret<sup>152</sup>.

Res ea ad Senatum relata, primum non mediocrem omnibus admiracionem, mox varias variis sentencias et opiniones iniecit. Quibus enim condicio non probabatur, has potis[493]simus raciones adducebant: Ordinem hunc, ut creditur, Sedi Apostolicae subiectum, proindeque sine autoritate illius destrui non debere; Caesarem et nationem Germanicam, quod ad se ordo ipse pertineat persuasum habere, unde pro pace maiora bella oriri posse in futurum; Magistrum et Commendatores, abiecta religione, uxores ducturos; id nostro consensu fieri male apud omnes Christianos auditurum; non fidendum esse his, qui ab unitate Sanctae matris Ecclesiae desciverunt, qui que votum et iusurandum Deo prestitum non servarent, minus hominibus servaturos. Et alia id genus, quae, verbis extensa, varie animos Senatorum affiebant.

Qui vero diversum senserunt, in hunc modum praedicta diluebant: An ordo esset seu religio eorum, qui miliciam profiterentur, nec ne, aut cui ratione ordinis subessent, nostra nichil referre, verum, cum olim Prutheni Principibus Polonis, ad fidem conversis, solita tributa et debita pendere recusassent, damnaque insuper plurima Regno Poloniae inferre consuevissent, accitos fuisse ipsos milites, illicque in Prussia ea ratione collocatos, ut adversus Infideles Principibus Poloniae auxilio essent et terras sub rebellibus Pruthenis partas cum illis partirentur<sup>153</sup>; milites vero ipsos, ubi radices altius in terris

<sup>150</sup> Comitia haec celebrabantur Petricoviae a 21 XII 1524 usque ad 24 II 1525, v. Konopczyński, p. 35.

<sup>151</sup> Res agebatur Cracoviae mense Martio 1525, post redditum regis ex comitiis 27 II eiusdem anni (cfr. Pociecha KB II, p. 119-120).

<sup>152</sup> Georgius marchio Brandenburgensis et Fridericus dux Legnicensis, qui venerant Cracoviam 6 Martii, proposuerunt haec omnia nomine magni magistri Alberti, cfr. Joachim-Hubatsch RHD I/3 n. 27542, 27546, 27566, Pociecha GHP, p. 130.

<sup>153</sup> Pacta inita a. 1228-1230 inter ordinem et ducem Masoviae Conradum, qui Cruciferos ex Transsilvania duxit et in confinibus sui ducatus cum Pruthenis collocavit. Cfr. Biskup-Labuda, p. 120.

illis agere cepissent, impetrasse clam litteras, cum a Sede Apostolica tum eciam a Caesare, ut quas terras ab Infidelibus nacti essent, illas obtinerent<sup>154</sup>; successu itaque temporis et monarchia Regni Poloniae in multas partes scissa<sup>155</sup>, eos ipsos milites Polonus pro Infidelibus premere et infestare cepisse, occupatas terras, meram hereditatem Regni Poloniae, oppidis et arcibus firmasse, omniaque hostilia nunquam moliri destitisse, sed et domi subditos expilare, uxoribus eorum abuti, puellas et virgines violare, dies et [494] noctes potare ac pergraecari, nihil denique divini humanique pensi habere; unde bella ingentia cum Polonis et defectiones iustissime subditorum sequutas. Et quamvis, saepe caesis et succumbentibus Cruciferis, omnis ipsorum ditio in potestatem Polonorum redacta esset, maiores tamen Ser.mi Regis nostri se ad pacem et concordiam saepius ineundam adduci passos, quam nihilominus milites ipsos semper infringere solitos fuisse, ac denique pace perpetua, auctore Legato Sedis Apostolicae facta<sup>156</sup>, et subiectione seu homagio, ut vocant, per Magistros plerosque et subditos omnes, longissimo tempore Regibus Poloniae praestari solito, neque dum finem hanc tragediam habere potuisse, data eciam illi maxima occasione per Sedem Apostolicam, recusantem semper eam pacem confirmare, quae alioqui per Legatum eius fuissest composita, unde periuria saepius commissa et bella denuo proximis temporibus orta esse, quae Maiestatem Regiam, quominus tueri se ab Infidelibus et Nepoti suo, Ser.mo d.no Regi Hungariae et Boemiae, adesse posset, destinebant ac prorsus impediebant, cum maxima tocius Reipublicae Christianae iactura et detimento.

Quare, cum ordo ipse constitutus esset in eo loco, septo undique dominiis Christianis, ubi secundum professionem suam nichil rei Christianae commendare posset, quin eciam bene de illa merentes interturbaret, sceleraque et sociates cum Scismaticis et Infidelibus iniret adversus Christianos et dominos suos hereditarios, ac nichil denique ordine seu religione dignum age ret, nichil iustius, nichil Regno Poloniae et toti rei Christianae utilius contingere potuisse, quam ut dudum haec pernicies religionis extincta fuissest, quemadmodum in plerisque aliis Regnis et dominiis Christianis factum constat, citra ullam Sedis Apostolicae autoritatem<sup>157</sup>, quam adeo nunc demum non agnoscere ipsum ordinem, ut nichil apud illum nomine Pontificis inhonestius sit [495] et contemptibilis. Cum vero constitutum esset in Conventu generali novissimo neque pacem, neque inducias cum ipso ordine ineundas, sed illum ex terris illis exturbandum, quando quidem eo durante nullam

<sup>154</sup> Agitur de bulla papae Gregorii IX, 3 VIII 1234 edita, et de privilegio imperatoris Friderici II, mense Martio 1236 dato, quae tamen de feudo Sanctae Sedis et imperii loquebantur, cfr. Biskup-Labuda, p. 122, 126-130.

<sup>155</sup> A. 1138 Polonia divisa est a duce Boleslao (Krzywousty) inter eius filios in ducatus, qui tantum iure seniorili, ut vocabant, maiori duci subditi essent. Reintegratio Poloniae nonnisi annis 1305-1329, Vladislao Lokietek regnante, facta est.

<sup>156</sup> Pax Toruniensis a. 1466, a Rodulfo a Rüdesheim confirmata, cfr. Ferreri N. 1, 28.

<sup>157</sup> Ordinem equestrem S. Iacobi de Calatrava in mente habet, a rege Hispaniae Ferdinando, dicto Catholico, coronae regni incorporatum, v. Ferreri N. 14, annotationem 85.

unquam pacem vel concordiam firmam fuisse futuramque esse in posterum satis experimento constaret, discrimen vero commune cum Regno Ungariae suaderet concordiam qualemcumque faciendam et arma in Turcas converten- da, nihil optabilius et magis ex usu accidere potuisse, quam et ordinem, non minus quam olim Templarios<sup>158</sup> noxiū, a semet ipso sine bellico strepitu destrui, et pacem una rei Christianae pernecessariam confici. Hoc uno turbarum fomite e medio sublato, neque Pontificem, neque Caesarem, aut nacionem Germanicam ullam iustum causam adversus Polonus quicquam agendi habituros, cum ordo is esset, qui modo Pontificiam, modo Caesaream, aut nacionis Germanicae autoritatem et ius praetexendo et interim terras Regni Poloniae hereditarias occupando, hanc omnem Camarinam movere consue- visset; quod si maxime liberet cuiquam Polonus eam ob rem impetere, illos, uti hactenus fecerunt, constanter ac intrepide iusticiam et hereditatem suam defensuros esse.

Quod autem ad religionem attinet, significatum fuisse<sup>a)</sup> iam pridem Summo Pontifici, Luteranismum apud ordinem ipsum, Sacro Sanctam Romanam vero Ecclesiam execrabilem esse, plerosque Commendatores, quos vocant, et Sacrificos nubere, altaria et imagines demolitas, ceremonias et ritus ecclesiasticos sublatos, Sacra omnia profanata; haecque non modo non animadvera et correcta esse per eius Sanctitatis aut Caesaream autoritatem, sed eciam ab utraque hactenus ordinem ipsum adversus nos, Sedi Apostolicae fidos et obsequentes continuoque cum Infidelibus decertantes, fotum esse et adiutum. Neque Ser.mum Regem, neque ullum Polonorum [496] occasionem dedisse, neque eciamnum dare ordini religionis abiiciendae, suum duntaxat ius ab illo exigere; satis esse Regnum et dominia Regni Poloniae ab hac peste haeretica, iam ubique in vicinia grassante, tueri et conservare. De aliis viderent illi, ad quos magis pertineat, qui quum pestem ipsam sinant in die magis invalescere, et ad bella intestina solum intenti, ad tantam Ecclesiae Catholicae perniciem et calamitatem oscitent et conniveant; cum praeterea, sublato per eam haeresim ordine, dicio ipsius ad Maiestatem Regiam et Regnum iustissime, ut hereditarium dominum, recidere debeat, nec ea repeti a possidentibus nisi armis et perniciosissimo tumultu posset, consulcius fore illam eis in feudum donare, qui iam eam tenerent et necessarii Maiestatis suaे essent, quam omnia aestu bellico miscere et Regno Ungariae suoque, tanta mole infidelium laborantibus, deesse. Quos quidem necessarios, si quid delirarent, sperari posse sub religiosissimo Principe et nacioni incontaminatae coniunctos, ad cor aliquando et celerius quam alia occasione redituros. Quod si maxime non fieret, nullam tamen esse rationem cur vel Regi, vel Regno Poloniae culpa impingi deberet, cum non hac concordia, sed longe ante fatis quibusdam, vel furiis potius, non in Prussia solum, sed eciam in tota ferme Germania ad hunc modum erretur. Quam rem si summates illi Principes et quorum magis interest sistere nequeunt, minus a Polonis prohiberi

---

<sup>158</sup> Ordo militaris Templariorum suppressus est a papa Clemente V a. 1312.

posse. Iusiurandum vero, cum unicum sit et ubique receptum subditorum vinculum, quo et Ruteni et Armeni, Iudeique et Tartari, qui Maiestati Regiae subsunt, vinciuntur, non posse eciam ab illis eo quicquam sanctius aut arcuus exigi.

Talibus utrinque rationibus tota ferme Quadragesima per Senatum nostrum satis frequentem diligenter expensis et disputatis, conventum est tandem nullam unquam pacem vel inducias [497] firmas cum ordine fuisse, ne cum fieri posse, proindeque cum tempore sic ferente a sua professione descisceret et bona ipsius, inique alioqui occupata, ad Maiestatem Regiam, uti hereditarium dominum, iure reciderent, pro quibus in tanto Reipublicae Christianae discrimine noxium foret bellum excitare, concederetur quod Magister et omnes subditi ipsius postularent. De religione vero reficienda, quum universae Germaniae consultum fuerit, quod iam pridem tantum incendium exposcit, eciam huic minori parti facile provideri et omnia ad rectum trahitem reduci posse, presertim firmata in terris illis Regia autoritate<sup>159</sup>.

Habes, mi Baro, causas et raciones tocius transactionis huius pacis et concordiae, quae si tibi minus idoneae videbuntur, cogita eam esse horum temporum condicionem, ut pleraque mala minori dispendio tollerari possint, quam ut acrius resecari deberent; et presertim cum nos autores non simus erroris aut praevericationis alicuius, sed hac duntaxat occasione in rem nostram, immo rei Christianae, abusi sumus. Nam, ut ea omittam quibus probari posset ordinem hunc nunquam boni aliquid de re Christiana meritum, ubique vero et noxium fuisse et sediciosum, certe vulgus haud immerito estimat Crucem hanc eius latronis fuisse, qui Redemptori nostro ad sinistram pendebat, proinde ut ominosam, a bono Principe et militibus ipsis desertam. De qua ut more nostro inter nos tecum iocer, addam et meum epigramma olim aeditum, cum huiusmodi nugas nostras tibi placere sciam:

Esse cruces triplices constat, triplicique colore  
 Distinctas, hominum quas gerit ordo triplex.  
 Est rubra: haec recte domini dicetur Iesu,  
 Sanguine quae illius facta cruenta fuit.  
 Est alba: et recte haec latroni congrua dextro,  
 Mundarunt cuius paucula verba nephias.  
 [498] Est nigra postremo laevi latronis: et istud  
 Quam recte, illius non minus ordo probat.

Sed de his hactenus. Nunc, quo ordine et quibus ceremoniis acta sit ea, quam dixi, Magistri methamorphosis et subiectio seu homagium prestitum accipe.

---

<sup>159</sup> Acta huius tractatus Cracoviensis, diebus 8-9 IV 1525 stipulati, inveniuntur edita a Działyński in ATVII, p. 215-241 (editio critica Balzer IV/1, p. 144-159). Cfr. commentarium Pociecha GHP, p. 133-136.

DUM hanc novam consilii materiam versamus, dum capitula et condicioneis huius tocius transactionis condicuntur et scribuntur, quae circa huiusmodi homagia fieri consuevit, tota abiit Quadragesima. Quare actum et celebritatem, quae circa huiusmodi homagia fieri consuevit, ad diem Lunae Sacrae Hebdomadae statui oportuit<sup>160</sup>. Eo igitur die in ipso diluculo erigitur suggestum amplissimum prope Praetorium Urbis, tectum sericeis et aureis stragulis, et presertim locus ille edicior, quem vulgo maiestatem vocant, ubi Rex cum Ser.mo filiolo sessurus esset. Concursus fit ad forum immensae hominum multitudinis. Opplentur viae omnes, quacumque incessus erat armorum virorum catervis. Satagit pro se quisque vel ornatus vestitu, vel armis instructus apparere. Interim Maiestas Regia cingitur ingenti et splendida Senatorum Procerumque suorum corona. Accersuntur: primum Orator Ser.mi Ungariae et Boemiae Regis, d.nus Statilius, Praepositus Curiensis, vir, ut nosti, suavis et minime fucati ingenii; demum duo Principes: Georgius Marchio et Fridericus Dux<sup>161</sup>. Quibus omnibus Maiestas sua comitata est, praecedentibus Principibus ac omnis ordinis Consiliariis et aulicis, vexilloque pulcherrimo, novo Duci de more cum insigniis dando, sequente vero Ser.ma domina Regina cum Ill.mo Principe filio et Reginulis ingentique insignium faeminarum caterva, in essedis et carpentis decentissimis. Venit Maiestas sua in Praetorium, Serenissimaque Regina cum cohorte sua in domum oppositam suggesto divertit, ut illinc commodius eam actionem spectare posset. Principes vero duo ad diversorium Magistri concedunt, dum Rex ornatu Regali [499] indueretur, eo videlicet: sandaliis, amictu, alba, dalmatica, chlamyde seu pluviali et corona.

Erant, qui pro moribus huius seculi aegre ferrent Principem eo ornatu indutum, veluti quem Sacerdotes inepte commenti essent, non perpendentes Regem omnium Regum, Iesum Christum, eo modo ornatum fuisse ad ignominiam, qui modus postea cessit in eam memoriam et dignitatem Regum Christianorum; nec intelligentes Regiam potestatem a religionis subsidio dependeret, quandamque [sic] habere inter se, etiam apud Ethnicos, affinitatem et coniunctionem, unde priores illi clarissimi Romanorum Imperatores iidem Summi Pontifices extiterunt; unde eciamnum Reges itidem ut Sacerdotes, ex more et lege veteri, unguntur et Sacri Reges Sacraeque Maiestates appellantur. Maluissent hi ipsi Censores optimum Principem armatum, ceu Thrasonem quempiam in theatrum produci<sup>162</sup>, cum tamen innumeri Christiani et fortissimi Reges ac Imperatores ornatu isto, sanctissime instituto, in his et aliis id genus actis semper sint usi, qui nihilominus armorum suorum clarissima gesta posteris reliquerunt. Nunc hi, qui magis arma crepant seseque in illis, cum opus non est, ostentant, minus armis, cum opus est, agere solent.

<sup>160</sup> A. 1525 haec dies erat 10 mensis Aprilis.

<sup>161</sup> Georgius marchio Brandenburgensis et Fridericus dux Legnicensis.

<sup>162</sup> Thraso, miles vaniloquus in "Eunicho", comoedia Terentii.

Sed ad rem caeptam redeo. Induta Maiestas sua ornatu Regio, processit de Praetorio in suggestum, media inter Rev.mos dominos Aepum Gnesensem, Primatem<sup>163</sup>, ac Epum Cracoviensem<sup>164</sup>, praecedentibus contigue Pri-mariis d.nis Consiliariis Secularibus, Sceptrum, Pomum et Gladium Regium ferentibus, ac innumeris Proceribus aliis, sequentibus vero reliquis Episcopis et Secretariis. Ubi in Solio Regio Maiestas sua consedisset, venerunt pri-mum Epus Pomesaniensis<sup>165</sup> et plerique Consiliarii et Subditi Illustris Principis Alberti Marchionis, qui oracione decenti facta, quod gracias agerent domino Deo [500] de sublatis et compositis tandem omnibus controversiis et bellis, Christianae Reipublicae perniciosissimis, quae in Prussia per tot annos gesta essent, nec hactenus pacari potuissent, idque pia opera et christiano studio Illustrum Principum Georgii Marchionis Brandenburgensis et Frederici Ducis Legnicensis, suppliciter a Maiestate sua petierunt, ut Nepotem suum, Illustrem Albertum Principem, in graciam suam suspicere et illi terras ac bona conducta in feudum tradere et concedere illumque Principem feudalem Regni sui creare dignaretur. Postea venit ipse Illustris Princeps Albertus, medius inter dictos duos Principes, ac ferme in eandem sentenciam, comptius tamen, uti est ipse patrio sermone disertissimus, verba fecit, singularem fidem, supplicatatem et subiectionem testancia.

Responsum est, tam Consiliariis prius, quam illi Principi deinde, Latinis verbis ac illa rara facundia et lepore, quem nosti, per Rev.mum dominum (b) Petrum Tomiczki, Episcopum (b) Cracoviensem: Bellum, videlicet, quod inter Maiestatem Regiam et eundem Principem intercessisset, gestum esse ab eius Maiestate animo invitissimo, quando quidem esset illi tam arcta necessitudine Princeps ipse coniunctus, et discrimen rei Christianae postularet maxime omnium Principum Christianorum inter se pacem et concordiam. Proinde, cum divina benignitate essent tandem tot difficultates et controversiae compositae et eius Illustritas tantam fidem et propensionem erga illius Maiestatem et Regnum eius testaretur, missam facere non gravatim eius Maiestatem omnia, quae animum suum offendebant, et tam ipsum Principem, quam omnes Subditos et Optimates eius, omni favore et gracia complecti velle, eamque pacem et concordiam, quae conducta sit, amplecti et servaturam esse. Idque potissimum causa Reipublicae Christianae et tot postulatorum Ss.mi Domini nostri Papae, Caesareae et Catholicae Maiestatis ac Ser.mi Ungariae et Bohemiae Regis<sup>166</sup>, cuius status id potissimum exigeret, aliorumque Principum Christianorum. Concedereque [501] illius Maiestatem haec singula, quae tam ipse Princeps, quam eius Subditi postularent, ea spe, quod se deinceps erga eius Maiestatem et Regnum ipsius ita gerent, uti probos et fidos subditos erga suum dominum hereditarium decebit.

<sup>163</sup> Ioannes Łaski.

<sup>164</sup> Petrus Tomicki.

<sup>165</sup> Eberhardus de Queis.

<sup>166</sup> Id est Clementis VII, Caroli V et Ludovici II.

His finitis, accessit Princeps ad solium et pedes Regios, inibique genu flexus, accepit ab eius Maiestatis manibus vexillum et insigne: Aquilam nigram cum "S" litera coronata in pectore, cumque institutione, ore Regio facta, ad Ducatum et terras designatas in Prussia. Deinde super libro Evangeliorum, ac tenens vexillum, fratre vero, Marchione Georgio, qui proximus successor est, caudam ipsius vexilli contingente, praestitit iusiurandum in haec verba:

Ego Albertus, Marchio Brandenburgensis, in Prussia, Stetinensis Pomeraniae, Sclavorum, Cassubarum Dux, Princeps Rugiae et Burgrabius Nurunbergensis, promitto et iuro, quod Ser.mo Principi et domino d.no Sigismundo, Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, Russiae ac omnium terrarum Prussiae domino et heredi, sicuti meo naturali hereditario domino, et eius Maiestatis heredibus et successoribus Regibus et Regno Poloniae ero fidelis et obsequens, eiusque Maiestatis ac heredum et Regni Poloniae bonum procurabo et damnum praecavebo, ac omne id faciam, quod ad fidelem Vassallum pertinet. Ita me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Accepto eiusmodi iuramento, Maiestas Regia, gladium educens, novum Ducem praecinxit, ut vocant, equestri dignitate, imposita illi eciam torque aurea, regio munere non indigna. Mox hospites primum, dehinc omnis ordinis homines, qui magna pressura ad id equestre munus contendebant, sunt praecincti.

[502] Quibus omnibus peractis ac depositis regalibus indumentis, rediit eius Maiestas cum toto illo comitatu in Arcem, ubi actis primum in Ecclesia, solenni cantu, Deo gratiis et benedictione pontificali accepta, reliquiisque Sanctorum Patronorum, cum a Maiestate sua tum a Principibus, osculatis, demum eius Maiestas in Regia sua omnes, tam hospites quam suos Optimates ac Proceres, lautissimo prandio accepit. Duo de hinc dies in conficiendis litteris, ultro citoque dandis, sunt consumpti. Tandem Principes omnes, donati ampliter, et eorum Consiliarii die Iovis Sacro<sup>167</sup> discesserunt.

Accipe, mi Baro suavissime, pro meo longo silencio, de quo tocies conquestus es, verbosissimas litteras, adeo tamen sinceras et fideles, ut nihil vel eorum praetermissum sit, quae secrecius et liberius sint in consilio nostro agitata et dicta. Non quidem in contumeliam, vel ordinis, vel cuiusvis alterius, sed ad declarandum duntaxat, quam utrinque non sine iustis ac decernentibus rationibus sit ea pax et concordia hoc modo composita. Nunc, mi Baro lepidissime, vale perpetuo et me dilige, tuamque aliquando de his et aliis rebus sentenciam ad me perscribito. <sup>(c) Cracoviae 1525 -c)</sup>

a) *Adscriptum supra.*

b-b) *Adscriptum supra alia manu. Deest in aliis codicibus.*

c-c) *Solum in codicibus Cracoviensi (BJ 6549)*

*et Cornicensi (BPAN 213). Deest in reliquis.*

*Sequuntur aliquot poemata triumphum regis Poloniae de ordine Theutonico extollentia.*

**Petrus Tomicki, regni Poloniae vicecancellarius  
Ioanni Antonio Buglio**

Cracoviae, [initio Maii 1525].

*De tardiore ad litteras eius responso se excusat. Se non potuisse fatetur ab epo Plocensi (Leszczyński) pensionem pro cardinali S. Sixti (Caietano) assequi, eo quod capitulum Plocense obstiterit, quominus eam obtineret; similiter restitutionem debiti, ab Andrea Tęczyński Romae contracti, obtineri non potuisse, cum ille, qui monitorium de hac re Roma attulisset, a Tęczyński offensus, rem ad iudicium detulerit. Significat regem oratores suos Romam missurum esse, si ceteri quoque principes ita facerent. De negotio Pruthenico, quomodo transactum sit, nepotem suum (Krzyczyki) iam ei scripsisse affirmat.*

**Min.:** Warszawa, BN, BOZ, Theca Górska 6 f. 126r-v (n. 616). In margine sinistro eadem manu: "De nuntiis Romam mittendis", et supra, manu Stanislai Górska: "Quando transactum sit negotium Prussiae". Pars de pensione cardinalis S. Sixti et debito Andreea Tęczyński, pluries correcta, linea diagonalis expuncta esse videtur.

**Cop. coaeva:** Kraków, BJ, ms. 6549 p. 529-530 (ms. Stanislai Górska).

**Cop. XVI saec.:** Kórnik, BPAN, ms. 213 p. 428-430. In margine dextra p. 428 eadem manu: "Ioan[nes] Zamboczki".

**Ed.:** Działyński AT VII, p. 288-289 (ex ms. olim Rogalinensi).

Baroni de Burgo

Magnifice domine, amice charissime et honorande.

Etsi per tantum temporis intervallum<sup>a)</sup> nullas ad Magnificentiam Vestram<sup>b)</sup> dederim litteras<sup>c)</sup>, quod quidem partim maximis occupationibus dissentus, partim propter nunciorum raritatem (qui si forte huc frequentes comitant, mihi tamen se non offerunt) <sup>(d)</sup>-facere praetermissi-<sup>(d)</sup>, tamen fixa permanebat in animo meo fecundissima V.rae Magnificentiae memoria, simul et mandatorum, quorum negotium explicandum mihi hinc discedens manda- verat. Quoniam autem <sup>(e)</sup>-eorum mandatorum exequendorum<sup>-e)</sup> occasio hactenus michi defuerat, iusta excusatio michi se obtulisse videtur, quod hactenus a scribendo ad Magnificentiam V.ram michi temperaverim, cum aliud argumen- tum scribendi non facile occurrebat. Nunc, quia in attentandis negotiis nihil intentatum reliquerim, quomodo successit, Magnificentia V.ra paucis accipiat.

Primum in negocio Rev.mi D.ni Cardinalis Sancti Sixti, quo sibi nomine pensionis aliquid solveretur, nullum (quod aiunt) lapidem non movi. Egi apud

Maiestatem Regiam, conabar flectere D.num Epum Plocensem<sup>168</sup>, qui etiam hic modo praesens aderat. Nihil tamen efficere potui eo, quod ipse Dominus Episcopus rem ad capitulum reiciebat, asserens quod capitulum ipsum enixissime repugnet, ut Ecclesia ipsa alicui insuetae pensioni subiciatur<sup>169</sup>. Atque ita idem D.nus Episcopus, nullo certo responso super ea re dato, haud ita diu hinc discessit.

Quod vero ad illud attinet, pro quo etiam Magnificentia V.ra praesens hic egit, ut videlicet aes alienum apud mensarios Romae contractum dissolvereatur, atque ita consanguineus eiusdem Magnificentiae V.rae a cautione liberatur, res ita se habet: Adolescens ille, <sup>f</sup>Andreas de Thanczyn<sup>170</sup> (quod scit Magnificentia V.ra), tunc in expeditione erat, quare, eo absente, nihil in ea re agi potuit. Nuper rediit. Subsecutae sunt tum actiones maximae cum Ordine Theutonicorum et Magistro de Prussia. Interim supervenit e Roma quidam cum monitorio, qui etiam cum ceteris pro eodem debito cavit. Idem ipse, cum negotium executus esset, monitoriumque [126v] per templorum fores affixisset, ab feroci et nobili adolescente contumeliosius habitus est. Qua de re apud Principem actum et questum est. Deducitur res in iudicium. Adolescens interim abest, quare in eodem negotio quid certi ad Magnificentiam V.ram scribere debeam, habeo adhuc nihil. Et difficile quidem est coniectura assequi, quid sperandum est in hac temporum perplexitate, quibus contra Ecclesiam <sup>f</sup>et eius iurisdictionem ac censuras<sup>171</sup> ultra quam cuique credibile est, consurgitur. Tamen priusquam res in iudicium introducetur, <sup>f</sup>curabo omni studio omnibusque viribus meis, ut fiat iustitia et debitum illud exsolvat<sup>f</sup>.

De oratoribus, quos Ss.mus Dominus Noster tandem mitti ad se postulavit<sup>171</sup>, deliberabat Regia Maiestas, et cum consiliariis ea de re contulit. Praestolatur, quonam pacto alii principes in hoc casu se gerent. Qua de re cum certior facta fuerit sua Maiestas, imitabitur non invita caeteros principes christianos, et <sup>g</sup>oratores suos libertissimo animo<sup>g</sup> Romam mittet et Sanctam illam Sedem, prout iam ab initio factitabat, venerabitur. Quam ad rem, atque etiam ad alias, de quibus supra attigi, mea opera, fides, diligentia, et si qua est auctoritas, nunquam deerit<sup>h</sup>. De qua, tum etiam de actore<sup>i</sup>, cum primum occasio dabitur, nulla mora interposita, Magnificentiam V.ram faciam <sup>c</sup>aliis litteris<sup>c</sup> certiorem.

<sup>168</sup> Raphael Leszczyński.

<sup>169</sup> Card. Thomas de Vio, qui mortuo Romae 9 IX 1522 Erasco Ciołek, epo Plocensi, provisionem Hadriani VI obtinuit de hac dioecesi, quam tamen paulo post cessit Ioanni Alberto Hohenzollern, fratri Alberti, magni magistri ordinis Theutonicorum, pro pensione annua super hoc episcopatu 1000 duca torum (v. Kolankowski KJA, p. 3). Cum tamen Ioannes Albertus illa dioecesi renuntiare coactus esset (cfr. Crnić, N. 5), Cajetanus pensionem illam ab episcopo Plocensi actu exsistenti obtinere studebat.

<sup>170</sup> Andreas Tęczyński († 1561), consanguineus Andreeae, palatini Sandomiriensis, postea palatinus Lublinensis (ab. a. 1545) et castellanus Cracoviensis (a. 1561).

<sup>171</sup> Vide supra, N. 14.

Quomodo negotium Prutenicum transactum fuerit, scio a nepote meo, domino Epo Premissliensi<sup>g)</sup>, copiose ad Magnificentiam V.ram perscriptum<sup>172</sup>, (<sup>g</sup>-ideo non existimabam<sup>g)</sup> opere precii esse eandem cantilenam frustra repetere. Illud rogo et oro<sup>i</sup>, me solita sua benevolentia (<sup>g</sup>-Magnificentia V.ra prosequi et<sup>g)</sup> negotia mea, quae hactenus Romae confecta non sunt<sup>173</sup>, commendare velit. Valeatque felicissime V.ra Magnificentia, meque habeat sibi charum et commendatum. Datum Cracoviae etc.

- a) *Sequitur expunctum*: ad Magnificentiam novi non scriberem
- b) *Sequitur expunctum*: literas
- c) *Adscriptum supra*.
- d-d) *Supra expunctum*: facerem, maxime
- e-e) *Correctum ex textu expuncto, illegibili.*
- f-f) *Adscriptum in margine.*

- g-g) *Adscriptum supra aliquot verba penitus expuncta.*
- h) *Sequitur expunctum*: de quibus omnibus
- i) *Sequitur expunctum*: cum primum aliquid certi erit
- j) *Sequitur fragmentum textus penitus expunctum.*

## N. 21

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Iacobo Sadoleto**

Budae, 8 V 1525.

*Notum facit id, quod sibi de homagio ducis Alberti rettulerunt Statileus et  
deinde epus Premisliensis (Krzycki) per epistulam, quam rex voluit, ut ab ipso  
componeretur. Suspiciatur oratorem, quem mittit rex Poloniae in Hungariam  
(Karnkowski), indutiarum cum Turcis procurandarum causa, a consiliariis  
Hungariorum postulatum esse. Recenset nova de oratore Turco in Poloniā veniente  
et de oratore Polono (Odrowąż), amico suo, in Turciam ituro, ut indutias ineat.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 63r-64r. In f. 64v inscriptio, sigillum et (alia manu)  
summarium.  
- **Ed.:** Fraknói ROP, p. 175-177.

†

Rev.mo Monsignore et Patrone honorando.

Poi di le mie ultime<sup>174</sup> è gionto qui Statilio, Ambaxator di questa Maestà  
che era in Pollonia, cum cui poi che ho parlato, trovo quod sibi ipsi non con-

172 V. epistulam Andreae Krzycki, N. 19.

173 Disjunctionem canonicatus Cracoviensis ab ecclesia Plocensi verisimiliter in mente habet, cfr. supra, N. 11 et 14.

174 Cfr. supra, N. 18.

stat, mo' inculpa lo fatto Prutenico, mo' lo excusa. Fenalmente non sa quel che dice. Poi mi è sopragiunta una lettera del vescovo di Primislia<sup>175</sup>, la quale ha ordinato il Re che si facesse poi che han visto la lettera che io scrissi ala Regina, secondo Statilio dice, per la quale porrà vedere V.ra Signoria Rev.ma tutto lo progresso del negocio Prutenico<sup>176</sup>. Dice anchora Statilio che la Mae-stà del Re have scritto o mandato un messo al Papa, subito che la pace fu firmata<sup>177</sup>. Si è vero, non so. Qui, né a Mons. Rev.mo Legato<sup>178</sup>, né a me non fu, né scritto né resposto sin qui ale nostre lettere, salvo si questo Ambaxatore Pollono che viene a questa Dieta non portasse le lettere.

Il Re Pollono manda uno Ambaxatore a questa Maestà. Et viene a proponere la pace o tregua cum il Turco<sup>179</sup>, la quale il Turco li offerixe per un suo nuntio, como per l'ultime si scrisse<sup>180</sup>. Et secondo si può iudicare, mi par vedere che questo Ambaxatore sia stato ordinato da questi Signori, perché loro non osano proponere la pace o tregua cum il Turco in Dieta, ad causa che è vetato per li loro statuti, et perché la nobilità non vive di altro che di la guerra, et pono bene pensare che si li Signori in la guerra s[o]n et non tenino la gente solita, quanto meno la terriano in la pace. Et in quel caso la nobilità restirà senza poter vivere. Per levarsi del tumulto che ni porria venire, la farran proponere in Dieta da lo Ambaxatore Pollono. Et loro la persuadirano, perché quanto meno necessità terrà la Maestà del Re, tanto più comodamente porrano li Signori far li fatti suoi. Lo parir di Mons. Rev.mo lo Legato è che quando la pace o tregua non si facesse cum preiuditio di altri christiani, che non si [63v] dovesse inpugnare. A me ancho la tregua non dispiacirà, cum alcuna conditione tale che fosse integro ali Ungari, in caso che il Turco movesse le forze sue in Italia, senza lesione di la fede rompere la tregua; pur perché per le lettere di li XXX di Marzo io ho scritto di questo discusamente, divinandomi quel che seguiria<sup>181</sup>. Aspettirò per le prime di V.ra Signoria Rev.ma di intendere la mente di sua Santità sopra questo. Li animi di questi Signori et capi di li nobili si vedeno volti a la tregua o pace.

<sup>175</sup> Andreas Krzycki.

<sup>176</sup> Cfr. supra, N. 19.

<sup>177</sup> Agitur verisimiliter de litteris regis ad summum pontificem, solum 21 V 1525 datis (or. AV, AA I-XVIII n. 2427, ed. Theiner VMPL II, p. 429-430). Epistulam hanc summo pontifici porrexit Georgius Myszkowski (1480-1543), IUD Patavinus et canonicus Gnesensis ab a. 1517, cui, iam aliqua negotia privata aepi Łaski Romae curanti, commissum est a rege, ut a summo pontifice peteret convocationem concilii universalis et rationes regis in negotio Pruthenico exponeret, quod feliciter absolvit, cfr. "Collocutionem familiarem Summi Pontificis et aliorum cum Doctore Misskowski de concordia Prussiaca" ac "Responsum Papae d.no Miskowski", ed. Działyński ATVII, p. 282-285.

<sup>178</sup> Laurentius Campeggi.

<sup>179</sup> Ioannes Karnkowski (1472-1537), canonicus Cracoviensis ab a. 1500, secretarius regius ab a. 1506 (postea epus Premisliensis ab a. 1527 et Vladislaviensis ab a. 1531), qui idem est ac is, qui ad comitia mittebatur, de quo supra. De eius missione in Hungaria, quam mensibus a Maio ad Iulium absolvit, v. Pajewski SPW, p. 46-47.

<sup>180</sup> Cfr. supra, N. 18.

<sup>181</sup> Epistula haec desideratur, cfr. supra, N. 18.

Vien inteso di Pollonia che la Maestà del Re have mandato un messo al Turco per adomandarli salvo condutto per poter mandar uno Ambaxatore. Il Turco have non solamente mandatoli uno salvo condutto per lo Ambaxatore, ma per tutti mercanti et altri che in Turcia voglino andare cum mercantia, o per comparare [sic] in amplissima<sup>182</sup>. Et già son venuti mercanti Turchi cum robbe importanti in Cracovia. Et have rimesso cum il nuntio del Re un'altro suo nuntio cum offerir la tregua o pace. Quel che porta questo nuntio per anchora minutamente non si sa, perché non ha voluto intrare in Pollonia si primo non li sia per il Re mandato un salvo condutto. Il Re l'ha mandato il salvo condutto et un gintilhomo per farli compagna [sic].

*[Exitum comitiorum Hungariae, quae nunc celebrantur, nationi illi proficuum non fore. Oratores Bohemos, ad illa missos, nondum venisse].*

(a) Lo Ambaxatore per el Turco la Maestà del Re Pollono lo have eletto, [64r] et è uno mio amico. Partirà, secondo scrivono, fra tre settimane, como porrà V.ra Signoria Rev.ma vedere per la copia di le lettere che mi fano, che le mando cum la presente<sup>183</sup>. Et basando le piedi di sua Santità, in bona gratia di V.ra Signoria mi arrecomando. Budae, VIII Maii 1525.

Al servitio di V.ra Signoria Rev.ma prontissimo

lo barone del Burgio nuntio etc.-<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 22.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Iacobo Sadoleto**

Budae, 25 V 1525.

*Refert ea, quae orator regis Poloniae apud imperatorem (Ioannes Dantis-cus) regi suo scripserat de controversia inter principes intercedente et de oratore caesaris ad regem illum misso, ut aureum vellus ipsi traderet. Censem, petitioni regiae inclinatus et negotio homagii Pruthenici bene considerato, opportunum futurum esse, ut stabilis nuntiatura in Polonia instituatur. Breve pontificium ad regem Poloniae retinere statuit, donec dubia de negotio Pruthenico omnino tollantur.*

<sup>182</sup> Salvus conductus huius tenoris concessus erat misso regio (cuius nomen ignoratur) Adrianopoli 15 III 1525, cfr. Pajewski SPW, p. 44-45.

<sup>183</sup> Desunt. Orator designatus erat Stanislaus Odrowąż de Sprowa († 1542/3), capitaneus Opoczensis ab a. 1502, postea palatinus Russiae (ab a. 1537), qui tamen discessit Cracovia 17 VII 1525. Instructio illi data in forma orationis, propositionem pacis continens, exstat edita a Działyński (AT VII p. 279-281). Obtinuit 18 X 1525 indutias triennales. Cfr. Pajewski SPW, p. 7.

**Or.: AV, Nunz.Germania 55 f. 71r-73r. In f. 73v inscriptio, sigillum et (alia manu) summarium.**  
**- Ed.: Fraknói ROP, p. 184-188.**

†

Rev.mo Monsignore et Patrono honorando.

*[Refert de adventu Budam 12 oratorum Bohemorum. Longe disserit de negotiis Hungaricis, praesertim de comitiis regni futuris].*

[71v] Questi giorni passati, per certa via indiretta ma certa, si ha inteso che lo Ambaxatore del Re Pollono che è appresso la Corte di Caesare<sup>184</sup> scrive a la sua Maestà molte cose, infra le quali quelle che mi par che sia bene sua Santità di intenderle. Sono queste: Il Gran Cancilliere<sup>185</sup> haverli detto che sua Santità havea scritto a Caesare di la concordia fatta cum il Re di Franza<sup>186</sup>, et che Caesar respose: E' questa la fede, la quale deveno li pontifici osservar; et poi ci maravigliamo che la respublica christiana perisca<sup>187</sup>. Et manda la lettera che Caesare fece in risposta a sua Santità, la qual dice havere havuto dal Gran Cancilliere<sup>188</sup>.

Scrive essere grande et incredibile povertà in la Corte di Caesare. Dice il giorno che Caesare hebbe la nova di la vittoria<sup>189</sup>, che udi un sermone, nel quale fu sua Maestà animata primo a la pace cum l'altri Principi, poi ala expeditione contra il Turco, ultimo a la riformatione di la Ecclesia. Dice il Re di Dacia haver adomandato di andar in Ispagnia, et che Caesare non ha voluto quel peso adosso; et che volendo il Re di Dacia partirsi cum certe nave che erano in Flandria, fu ordinato che le navi si partissiro senza sua saputa; et che a pena hano possuto obtinire tri milia floreni per suo subsidio<sup>190</sup>. Anima multo il Re suo a la expeditione contra Prusia, dicendo et afermando che è impossibile che Caesare possi dare uno aiuto al mondo a lo Maestro<sup>191</sup>. Dice un figluol di un bastardo di lo Duca di Burgogna essere stato eletto per Ambaxiatore che viene per la via di Flandria a lo Arciduca<sup>192</sup>; andrà in Pollonia

<sup>184</sup> Ioannes Dantiscus (1485-1548), cultor litterarum humaniorum, parochus Gedanensis ab a. 1523, postea epus Culmensis (ab a. 1530) et deinde Varmiensis ab a. 1537), a mense Martio 1524 usque ad a. 1531 oratorem egit regis Sigismundi apud imperatorem Carolum V Hispaniae et alibi.

<sup>185</sup> Mercurianus Arborio de Gattinara.

<sup>186</sup> Agitur verisimiliter de brevi, die 5 I 1525 dato, quo summus pontifex foedus cum rege Galliae eodem die initum, coram caesare legitimare conabatur (cfr. Pastor SP IV/2, p. 177).

<sup>187</sup> Epistula Dantisci ad regem Sigismundum, cuius tenorem Buglio hic recenset, deest.

<sup>188</sup> Copia huius epistulae desideratur.

<sup>189</sup> Papiensi, 24 II 1525 reportata.

<sup>190</sup> Christianus II, cum Isabella, Caroli V sorore, matrimonio iunctus, a. 1523 regno Daniae spoliatus, morabatur in Flandria, unde auxilia et pecunias obtinere conabatur ad recuperandum regnum necessarias, v. Brandi, p. 165-166.

<sup>191</sup> Dantiscus, ut videtur, scripsit hanc epistulam, antequam ad homagium Alberti deuentum esset, i.e. ante 10 IV 1525.

<sup>192</sup> Carolus Philippus, baro Bredae et Leffergen, missus ad archiducem Ferdinandum.

et portirà lo aureum vellus al Re, che l'Imperatore li manda<sup>193</sup>, et che parlirà cum sua Maestà di non so che matrimonio, che non ben entendo che sia<sup>194</sup>. Di la pace cum li Principi niente spera, perché dice il Turco dependere dal Re Anglico<sup>195</sup>, et che non crede che quel Re vorrà buttar il suo dinaro in mare, como Crates philosopho<sup>196</sup>.

*[De vectigalibus ab Hungaris frustra susceptis. De spe sua Turcas hoc anno Hungariam non ivasuros, etsi Danubium iam transiissent. Nova ex Bohemia habita de morte Friderici, ducis Saxoniae († 5 V 1525) et de cardinali Moguntino (Alberto e marchionibus Brandenburgensibus) a rusticis rebellibus cato].*

[72r] Lo Ambaxatore Pollono fin qui non si è scoperto ad parlare di la tre-gua o pace. Credo per queste turbulentie, che han visto li Signori in la nobilità, li è parso di soprasedere il negocio<sup>197</sup>.

La Maestà del Re di Pollonia ultimamente mi ha scritto sopra il negocio di [72v] li Ambaxatori che sua Maestà adomandava per la reformatione di la Chiesia [sic]. Mo' vederà V.ra Signoria Rev.ma per la lettera che sua Maestà mi fa, che la mando<sup>198</sup>; ben lo vescovo di Cracovia, Vicecancelliere di sua Maestà, mi scriva in altro senso, como V.ra Signoria porrà vedere per la copia di un capitolo, che mi fa<sup>199</sup>. Signor mio, io intendo che in lo Regnio [sic] di Pollonia sono molto vexati i preti da li laici. Di giorno in giorno vanno aba-xando. Et anchor che quella Maestà sia catholica et bona, si lassa qualche volta cubernar [sic] da li più, como è stato in questo caso Prutenico. Mentre che il male è in principio, iudicheria che a curarlo non porria nocere. Et per un remedio mi pariria che fora necessario che in quel Regnio fosse uno homo di sua Santità, ma di tal vita, exemplo et industria, che non dasse che parlare di se, como il Zaccaria<sup>200</sup>, che sustinesse le parti nostre vive. Et per il poco iudicio mio, non mi pariria che questo negocio Prutenico si dovesse lassar passar cussì di ligiero, perché è di tanta importantia che nixuna cosa mal fatta have tanto animo dato a Lutherani quanto questa; anchor che creda che sua Maestà non habbia creduto di far questo. Et non sarrà impossibile poter ridurre lo negocio al pristino stato, si lo Imperatore vorrà pigliar lo caso cum quella severità che si li apartiene per multe cause et tener la Mestà del Re un stato di Bari nel Regnio et anchora questo trattato di pace cum il Turco

<sup>193</sup> Insigne equestre aurei velleris, iam a. 1519 a capitulo ordinis decretum, collatum est regi Sigismundo I ab imperatore Carolo V diplomate, 26 II 1525 dato. Sollemniss collatio facta est Cracoviae die 22 X eiusdem anni, cfr. Pociecha KB II, p. 121, 205.

<sup>194</sup> Agebatur de despousanda reginula Hedvige Ioanni Friderico duci Saxoniae, cfr. ibidem, p. 166.

<sup>195</sup> Henricus VIII, foedere imperatori Carolo V coniunctus.

<sup>196</sup> Locus hic et aliqua ex rebus, de quibus loquitur supra, occurrunt in epistula Dantisci ad Sigismundum I, Matriti die 16 III 1525 data (Działyński AT VII, p. 200), quae tamen repetita esse videntur ex epistula antecedenti, non conservata.

<sup>197</sup> De missione Ioannis Karnkowski v. supra, N. 21.

<sup>198</sup> Desideratur.

<sup>199</sup> Agitur de fragmento epistulae Petri Tomicki initio Maii scriptae, v. supra, N. 20.

<sup>200</sup> Ferreri.

che quel Re fa<sup>201</sup>. Et anchor che a nui para che poco possa nocere, pure io iudicheria che fosse bene haver hom [sic] proprio di chi minutamente si entenedesse como questi trattati passano et cum che conditioni.

*[Sequitur dissertatio de operibus litterariis Sadoleti].*

Lo breve che andava al Re di Pollonia, non è parso a Mons. Rev.mo [73r] lo Legato<sup>202</sup> né a me di mandarlo prima che non si entenda la mente di sua Santità di poi del caso, non essendo hormai più a tempo di turbare il negocio<sup>203</sup>. Et in gratia [etc]. Budae, XXV Mai 15XXV [sic].

*[In postscripto refert novitates de tumultu adversus Iudeos excitato].*

(a) Di V.ra Signoria Rev.ma servitor certissimo

lo barone del Burgio<sup>a)</sup>.

a-a) *Autographum.*

## N. 23.

**Gundisalvi de Sangro  
ad Sigismundum I, regem Poloniae  
oratio**

[Cracoviae], 25 V 1525.

*Gladium et pileum, a summo pontifice donatos, ipsi sollemniter tradit et ad defensionem religionis catholicae hortatur.*

**Cop. coaevae:** Wrocław, BOss, ms. 177 II f. 286v (ms. Stanislai Górska), cum nota: "In tradito Sigismundo regi Poloniae pileo et gladio, a Clemente Papa VII misso, verba per Consalvum de Sangro, Camerarium Papae, dicta Cracoviae intra missam in Ecclesia Cathedrali in solenni festo [Ascensionis Domini] in maximo Senatorum et populi concursu";

Warszawa, BN, BOZ, Theca Górska 6 f. 127r (n.617). In dorso nota eadem manu: "Quando d.nus Consalus de Sangro, Camerarius Ss.mi D.ni Nostri Clementis papae VII, obtulit nomine illius Sanctitatis Maiestatis Regiae ensem et pileum, Rev.mus d.nus Petrus [Tomiczki], Epus Cracoviensis, Regni Vicecancellarius, tradens illa in manus Maiestatis suae post 'Patrem' infra Missam die Ascensionis Domini anno 1.5.2.5. verba infrascripta dixit";

Kraków, BJ, ms. 6549 p. 554 (ms. Stanislai Górska). Notae, eiusdem tenoris ac in Theca Górska, praemittitur erronee: "Verba D.ni Tomiczii Episcopi ad Regem Poloniae in traditione pilei et gladii a papa missi";

Warszawa, AGAD, Sucha 22/32 p. 45.

**Cop. saec. XVI:** Kórnik, BPAN, ms. 213 p. 486.

- Ed: Działyński AT VII, p. 295.

<sup>201</sup> De negotio Bariensi et indutiis cum Turcis v. supra, N. 5, 18 et 21.

<sup>202</sup> Laurentius Campeggi.

<sup>203</sup> Cfr. supra, N. 18.

**Cop. XVII saec.:** Kórnik, BPAN, ms. 223 p. 174. Praemittitur nota: "In allato ac tradito gladio et pileo Regi Sigismundo a papa missa verba ad Regem dicta".

Volens Ss.mus dominus noster Clemens VII approbatas Sanctorum patrum consuetudines observare, statuit Maiestatem V.ram, Principem Catholicum Sanctaeque Sedis, a Deo utrumque gladium habentis, devotissimum filium, hoc suo praeclaro munere insignire, nec non et hoc pileo in signum munimini et defensionis adversus inimicos fidei et Sanctae Romanae Ecclesiae protegere.

Firmetur igitur manus V.rae Maiestatis contra hostes Sanctae Sedis ac Christi nominis, et exaltetur dextera illius, eos (veluti ipsius assiduus intrepidusque propugnator) de terra delendo. Et armetur caput Maiestatis tuae Spiritus Sancti, per columbam figurati, protectione adversus eos, in quos Dei iusticia atque iudicium pro Romana Sancta Ecclesia et Apostolica Sede praeparantur. Quod Maiestati V.rae praestare dignetur idem Dei filius, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat, Deus per omnia secula seculorum. AMEN.

#### N. 24.

#### **Responsum nomine Sigismundi I, regis Poloniae Gundisalvo de Sangro datum**

[Cracoviae], 4 VI 1525.

*Rex summo pontifici pro muneribus acceptis gratias agit et familiam suam  
ac dominia ei commendat.*

**Cop. coaevae:** Wrocław, BOss, ms. 177 II f. 287r (ms. Stanislai Górska);  
Kraków, BJ, ms. 6549 p. 553 (ms. Stanislai Górska, qui post titulum addidit:  
"Attulerat is Camerarius a Papa pileum et gladium et verba inania, ut  
muneratus hic abiret").

Warszawa, AGAD, Sucha 22/32 p. 46.

**Cop. saec.XVI:** Kórnik, BPAN, ms. 213 p. 486-487.  
- Ed.: Działyński AT VII, p. 295-296.

**Responsum a Sigismundo rege Poloniae  
datum Consalvo de Sangro, Camerario Clementis Papae VII  
die Sancto Pentecostes<sup>204</sup> Anno 1525**

---

<sup>204</sup> Anno 1525 festum hoc celerabatur die 4 Iunii.

SACRA Maiestas Regia, uti iam antea vobis dici ficerat, immensas agit et habet gracias Ss.mo Domino nostro pro muneribus, quae illius Sanctitas per vos Maiestati suae mittere dignata est<sup>205</sup>, quae Maiestas sua et gratis-simo accepit animo et illa inter alias res, quas habet charissimas et praeciosissimas, habitura est semper existimacionis non posterioris. Eum vero paternum affectum et benignitatem in se illius Sanctitatis vicissim illi et eius Sanctae Sedi sua perpetua fide et observancia referre et demererri curabit.

Commendabitis autem diligenter illius Sanctitati Maiestatem suam, Ser.mam dominam Reginam, Ill.mum Principem filium<sup>206</sup> ac reliquos liberos Maiestatum suarum, totamque domum et familiam, Regnum, dominia, gentes et omnes facultates Maiestatis suae, quas pro re Christiana et Sancta Sede Apostolica Maiestas sua effundere semper est parata, et praesertim cognitam habens hanc Ss.mi Domini nostri erga se benignitatem et affectum. Quem ut illius Sanctitas perpetuo retinere et eius Maiestatem ac negocia ipsius sua gracia complecti velit, illam Maiestas sua omni studio et devocione rogit et praecatur.

## N. 25.

**Sigismundus I, rex Poloniae  
Clementi VII, pontifici maximo**

[Cracoviae, post 4 VI 1525].

*Gratias agit pro indulgentiis sibi concessis et pro donis (pileo et ense), per nuntium Gundisalvum de Sangro allatis.*

Cop. coaeva: Warszawa, AGAD, Sucha 22/32 p. 713.  
Cop. XVIII saec.: Kraków, BCz, ms. 273 IV p. 147-148.

## Summo Pontifici

Fuit apud me Nunctius Sanctitatis V.rae Consalvus de<sup>a)</sup> Sangro, reddidique michi cum binas illius litteras<sup>207</sup> tum et dona, quibus me dignata est decorare et insignire<sup>208</sup>. Pro quibus V.rae Sanctitati immensas ago et habeo gratias. Accepi vero, tam indulgentias quamensem et pileum, omni devocio-

<sup>205</sup> V. supra, N. 23.

<sup>206</sup> Regina Bona et Sigismundus Augustus.

<sup>207</sup> Unum ex his brevibus continet indulgentias pro festo Nativitatis BMV regi et eius subditis concessas 17 III 1525 (v. Theiner VMPL II, p. 428), alterum desideratur.

<sup>208</sup> V. supra, N. 23.

ne et alachritate [sic], illaque inter charissima et preciosissima quaeque monumenta rerum mearum collocavi. Accepi et in eam partem ea fausta omnia, quae Sanctitas V.ra ipsis muneribus indidit, curaboque pro virili mea huic expectationi de me illius omni ex parte respondere remque Christianam, uti hactenus feci, et Sanctam Sedem Apostolicam omnibus viribus meis tueri et defendere. V.rae vero Sanctitati tantam in me benigitatem et paternum affectum, quem multifariam erga me demonstrat, omni studio omnique observancia mea referre ac demererri semper enitar. Cui me etc.

a) *Sequitur repetitum: de*

## N. 26.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Sigismundo I, regi Poloniae**

Romae, 1 VII 1525.

*Gratias agit pro opere per legatos eius praestito, ut (calixtini) Bohemi ad unionem cum Ecclesia Romana adducantur, et Ioannem Antonium Buglio, qui de hac re, in persona vel per litteras, cum ipso aget, commendat.*

**Min.: AV, Arm. 44, ms. 9 f. 270r. In f. 270v alia manu: "Anno secundo. 1525. Iuli prima. Regi Poloniae. Gratiae pro operibus eius Maiestatis in re Bohemica".**

- **Ed.: Balan, p. 160-161.**

## Regi Poloniae

Carissime. Quae de Maiestate tua a dilectis filiis Laurentio card. Campiego et Ioanne Antonio Pulleone, barone Burgii, nuntiis nostris<sup>a)</sup>, accepimus Serenitatem<sup>b)</sup> tuam, sua et legatione et auctoritate interposita, adiuuisse causam Bohemorum et gentem illam ad unitatem et observantiam Sanctae Sedis Apostolicae hortata<sup>m</sup> fuisse<sup>209</sup>, ea nobis acciderunt gratissima. Ac tanto gratori, quod abs te profecta sunt, in quo uno omnia optimi<sup>c)</sup> regis officia et munera semper recognovimus ac virtutes quidem inter ceteras eximias<sup>a)</sup>, sed illam religionis et pietatis maximam, quae una (<sup>a</sup>-maximis regibus<sup>a)</sup> praecipue (<sup>d</sup>-digna est et semper fuit<sup>-d</sup>). Sed etsi causa illa nondum ad eum, qui prestolatur exitum, perducta est, propterea quod his duris difficilibusque temporibus, fretus multitudine impiorum et sceleratorum, sathanas omnia

<sup>209</sup> De legatione Christophori Szydłowiecki v. supra, N. 5, 7-8, 11.

ad se nititur revocare, confidimus tamen Domino Deo et in prudentia atque auctoritate tua magnam spem collocatam habemus fore aliquem aliquando<sup>a)</sup> nostris desideriis aditum, et ad illas Bohemorum res et ad multas alias componendas, quod ita petimus et precamur, donari nobis a misericorde Deo, si ad boni publici et Christianitatis commodum, non ad nos ipsos omnia nostra studia et labores referimus.

Tibi quidem et agimus pro ea cura, quam in tam sanctum opus suscepisti, et, ut videmus saepe, acturi sumus gratias, nostrumque in te amorem optime semper locatum, quotidie magis augere non desinimus; quod utinam tibi possimus aliquando, ut cupimus, declarare. Et quoniam de his et aliis multis scribimus ad supradictum baronem, nuncium nostrum, ut agat verbis nostris cum Serenitate tua ac cum ea, ubi erit opus, omnia conferat, hortamur Serenitatem tuam in Domino, ut ei in cunctis fidem summam habere velit. Cui, cum dedimus etiam<sup>a)</sup> alias in mandatis, ut si contingaret Serenitatem tuam cum car.mo in Christo filio nostro Ludovico, Ungariae rege, (<sup>a-</sup>ne-pote tuo<sup>a)</sup>, coniungi, quod cum tibi et illi nostra mandata<sup>e)</sup> exponeret et litteras redderet, et si aliquando temporum esset permutata conditio, tamen qui<sup>f)</sup> eadem illa, quae in dictis literis poscebamus, nunc quoque non minus quam illo tempore cupimus. Iterum petimus a te, ut illa quoque audire et litteras legere, nobisque, vel Deo omnipotenti potius et Reipublicae Christianae saluti solitam tuam virtutem et operam prestare velis. Quod facies nobis super omnia gratissimum, etc. (<sup>g-</sup>Romae, die primo<sup>h)</sup> Iulii M.D.XXV, anno 2<sup>g).</sup>

a-a) *Adscriptum supra.*

b) *Sequuntur erronee positaes siglae: V. S.*

c) *Adscriptum supra pro expuncto: summi*

d-d) *Adscriptum supra pro expuncto: regia  
atque praestans est, utpote quae duas  
in se contineat reliquis potiora, sapien-  
tiam videlicet et bonitatem*

e) *Sequitur expunctum: et litteras*

f) *Sequitur unum verbum penitus expunc-  
tum.*

g-g) *Adscriptum alia manu in margine.*

h) *Adscriptum supra pro expuncto: 3 (vel  
30).*

## N. 27.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Sigismundo I, regi Poloniae**

Romae, 20 VII 1525.

*Notum facit se plures eius litteras accepisse, quibus rationes exponit, cur  
indutias cum Turco et saecularisationem ordinis Theutonicorum in Prussia ag-  
gressus sit. Cum tamen aliqua adhuc dubia habeat, commisit Ioanni Antonio  
Buglio, ut de illis cum ipso, in persona vel per litteras, tractaret, cui, ut fidem  
habeat, petit.*

## Redactio brevior

**Min.: AV, Arm. 44, ms. 9 f. 286r. In f. 286v nota: "Anno secundo. 1525. Iulii XX.  
Regi Poloniae ad eius litteras responsum".**

### Regi Poloniae<sup>210</sup>

Carissime. Pluribus litteris tuis, uno tempore datis, satis cognovimus Serenitatem tuam et cum magno magistro Prussiae pacem composuisse et cum Turcarum principe ad industias devenisse<sup>211</sup>. Cuius rei utriusque rationes et causas ascribis, quae te moverunt atque adeo coegerunt, ut saluti regni tua<sup>a)</sup> et in eo conservando etiam reipublicae Christianae utilitati consuleres. Nos, qui et Serenitatem tuam summe in Domino amamus et maximam de eius integritate et sapientia opinionem tenemus, quicquid a tua parte factum est, non possemus accipere nisi in partem optimam, si hi, cum quibus tibi conventum est, tales essent, quales nos optaremus, vel ipsorum potius fides et veritas postularet. Quae quum adhuc in animo nostro incerta et ambigua sint, madavimus dilecto filio Ioanni Antonio, baroni Burgii, nuntio nostro in Ungaria, ut Serenitatem tuam de omni animo nostro faceret certiorrem. Ex quo vel ex litteris eius [omnia] plane intelliges<sup>b)</sup>, cui fidem omnem adhibebis. Nos, in omni eventu temporum, nec amorem nec optimam opinionem, quam de Serenitatis tuae praestantissimis virtutibus suscepimus, sumus dimissuri. Tua quoque Serenitas, ut nomen suum<sup>c)</sup> christianissimi et sapientissimi regis apud omnes omnium gentium populos conservet, magnopere illi laborandum est, non enim nec thesaurus opulentior, nec dominatus magnificentior est virtutis et integratatis ac erga Deum pietatis nomine atque fama<sup>d)</sup>. Quod maxime consequere, si corruptos et contaminatos artibus et dolis impiorum Prussiae populos ad pristinum verae et rectae religionis cultum tua auctoritate redegeris. Quod ut efficias, Serenitatem tuam, per Dei nostri erga te multa et magna beneficia, obtestamur. Datum Romae, die XX Iulii M.D.XXV, anno secundo.

<sup>a)</sup> *Sequitur expunctum: et finitimarum tranquillitati*  
<sup>b)</sup> *Sequitur expunctum: Quibus*

<sup>c)</sup> *Adscriptum supra expuncto: suorum*  
<sup>d)</sup> *Sequitur expunctum: reperiri potest*

210 Brevia, redacta in utraque forma, missa erant Buglio Budam, qui ex eis longiorem elegit regi mittendam, "perché dextramente et cautamente illà V.ra Signoria monstra che sua Santità si resente, et poi, como V.ra Signoria dice, si li tempi serran tali che parrà bene di resentirsene più caldamente, serrà sua Santità sempre a tempo di farlo. Io non ho scritto altro si non semplicemente mandandoli il breve" (Bulio ad Iacobum Sadoleto, 30 VIII 1525, Fraknói ROP, p. 259).

211 Litterae originales regis ad summum pontificem in negotio homagii Pruthenici, 21 V 1525 datae, inveniuntur in AV, AA I-XVIII n. 2427 (ed. Theiner VMPL II, p. 429-430), similes de industiis cum Turcis initis, 12 VI eodem anno datae, inveniuntur ibidem n. 2430 (ed. Theiner VMPL II, p. 430-431; utramque, ex copia sine data, ed. etiam Działyński AT VII, p. 257-258 et 290-291). Ambae lectae erant in publico consistorio 3 VII 1525 (v. Korzeniowski AR, p. 86). Cfr. supra, N. 22.

### Redactio longior

**Min.**: AV, Arm. 44, ms. 9 f. 288r-v. *Textus expolitus.*  
**- Ed.**: Balan, p. 165-166.

Carissime etc.. Accepimus plures uno tempore Serenitatis tuae litteras, in quibus nos cum de induciis cum Turcarum Principe factis certiores reddis, tum de tuo pacis studio, proque et nostris et praedecessorum nostrorum ac aliorum Principum christianorum hortationibus et precibus, res composuisse cum Magistro Prussiae significas, vetusque et diuturnum inter vos bellum, qua fieri nunc potuit ratione, sustulisse. Cui utrique facto tuo atque consilio, eas rationes affers, quae tibi non modo probabiles, verum etiam necessariae visae sunt, eaque in litteris ipsis tuis apte et prudenter expositae. Ac nos quidem de induciis cum Turca factis, quoniam tu praesens Regni tui necessitates nosse melius potes, dum salva tua et tuorum affinium ac vicinorum Principum dignitate, sine ullis iniquis et abiectis conditionibus factae sint, neque tendant in iacturam et detrimentum nominis christiani (quod nos tamen, tua freti sapientia et magnitudine animi, confidimus), possumus vel acquiescere hoc tempore, vel saltem connivere, nihilque existimare a Serenitate tua sine maximo consilio fuisse factum, quando ea omnium de te, et nostra imprimis, est opinio, neque te propter prudentiam falli in consiliis capiendis posse, neque propter perpetuam et praestantem in Deum omnipotentem fidem et religionem quicquam illius nomine indignum admissurum aut probaturum esse, cum ipse praesertim polliceare, si his intestinis et pene cilibus armis depositis, quae Christianitatem totam cruentarunt, arma communis studio in communem hostem convertantur, te publicae causae non defuturum. Quam promissionem tuam, dignam tua fide atque constantia, sic accepimus, ut simus eam suo tempore repetituri.

Illud autem alterum, quod cum Magistro Prussiae ad pacem et concordiam devenisti, praeclaris utique nominibus obtentum est. Nam et pacis iucundum nomen, et conditio Regni tui eiusmodi, ut tibi finire bellum cum illo ordine expediret, et tempora aliis bellis et periculis turbulentis, et nos semper pacis tibi cum illo ordine auctores fuimus, Tuque per huiusmodi pacem atque concordiam, ad ius et auctoritatem tuam melius pervenisti. Gravia ista omnia et dictu speciosa sunt, eaque a nobis libentissime probarentur, si is, cum quo tibi positis inimiciis pax suscepta est, si vera de eo ad nos allata sunt, dignum se tua ista et munificentia et mansuetudine praebuisse. Nunc quid debeamus de eo existimare aut scribere, incertum est. Ut enim omnia a tua parte plena optimi animi et sanctissima mente facta existimemus, sicut certe existimamus, nec aliter de tanto et tam Christi amante Rege sentire est fas, non possumus ex altera quid sentiamus decernere.

Illud quidem maiorem in modum ex tuis litteris gavisi sumus, quod Serenitas tua ostendit se omnem daturam operam, et iam dare coepisse, ut Christi fides atque religio in illis Prussiae populis restituatur. Quod te, fili Carissime, quanto possumus studio obtestamur per viscera misericordiae Dei nostri, ut hoc quoque monumentum pietatis et bonitatis tuae ad reliquias facta praeclara et fortia, quae antehac fecisti, adiungas. Miseret nos illorum miserorum et infortunatorum calamitatis, qui non fortunas suas, sed semetipsos perditum eunt, dum volunt pravis rectoribus et monitoribus suis obtemperare. In quibus, si tu hereditatem maiorum tuorum, ut scribis, repetiisti, in memoria habeas precamur hereditatem quoque Domini Dei in illis esse servandam. Cuius quidem Dei et nos et illi et Serenitas tua, iusta hereditas sumus. Nos, nisi paterni affectus dolore commoveremur, hac facile possemus cura et sollicitudine animi supersedere, sed pro Pastoris et Patris dumtaxat officio afficimur tot simplicium et miserorum saluti, quorum te quoque ut misericordia capiat deprecamur, quando eorum cura et custodia, pro tuae superioritatis iure, sapientiae etiam et fidei tuae commendata est. Ad hanc rem perficiendam nos omnia nostra studia atque officia Serenitati tuae offerimus, nihil recusaturi quod ad restaurandos Deo fideles suos pertineat; atque omnia acturi, ut intelligat Serenitas tua, nihil aequa nobis charum ac [post] Dei honorem nihil tam iucundum, quam tuam dignitatem et esse nunc et semper fuisse, <sup>a-</sup>sicut a dilecto filio Ioanne Antonio Pulleoni, nuncio nostro in Ungaria, Serenitas tua plenius cognoscet<sup>b)</sup>, cui vel eius litteris fidem indubitatem habebit. Datum Romae etc., die XX Iulii M.D.XXV, Anno secundo<sup>-a)</sup>.

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum alia manu post deletum:* Datum  
Romae etc, die [lacuna] Julii M.D.XXV, Anno  
secundo.

<sup>b)</sup> *Suprascriptum pro expuncto:* intelliget

## N. 28.

**Ioannes Antonius Buglio**  
**Iacobo Sadoleto**

Budae, 30 VII 1525.

*Notum facit regem Poloniae assensisse, ut interesset conventui, 8 IX Olomucii vel Posonii inter eum, regem Hungariae et archiducem Austriae celebrando, ut negotia religionis in Bohemia componantur. Petit brevia credentialia sibi pro hoc conventu mitti. Recenset, quid de negotio saecularisationis ordinis Theutonicorum in hoc conventu agere intendit.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 91r-95v. In f. 96v inscriptio, sigillum, breve sum-  
marium et "R[ispos]to a li XXIII d'Agosto".  
**- Ed.:** Fraknói ROP, p. 245-251.

†

Rev.mo etc.

[*De tumultu et expulsione 3 milium rusticorum, qui aliquod monasterium in Bohemia invaserunt a Lutheranis incitati*]. In questa dieta che farrà in Moravia [91v] sua Maestà cum il Serenissimo di Pollonia<sup>212</sup> serrano Boemi. Lì si trattirà questo negocio tutto, et si farrà l'ultimo sforzo che quel Regnio si assetti et lo negocio di la fede proceda ala conclusione<sup>213</sup>. Boemi adomandano il Re in Praga, et si li negocii di Ungaria, zoè domestici, si assettirano, porria essere che lo inpetrassero; quando non, farrò sforzo che l'Arcivescovo<sup>214</sup> vada lui Ambaxatore in Boemia, e che lo Re di Pollonia mandi anchora lo Vescovo di Cracovia<sup>215</sup>. Per me non mancherà che non si usi la mia diligentia.

La Maestà del Re di Pollonia have dato la parola che è contenta di convenire cum questa Maestà per la festa di la Natività di Nostra Signora a li VIII di Settembre in Olomutio di Moravia. Hano mandato Ambaxatore al Principe<sup>216</sup>, invitandolo a questo convento. Si il Principe verrà, lo convento si farrà apreso Posonio<sup>217</sup>; si non, sarà in Olumutio [sic]; et si verrà, V.ra Signoria ni haverà haviso per lo Rorario<sup>218</sup>, a cui scrivo che ni dia haviso a sua Santità. Per questo convento mi par che io habbi brevi freschi credentiali per la Maestà dil Re di Pollonia, per lo Arcivescovo Gne[sne]nse<sup>219</sup> et per lo Vescovo di Cracovia et per il Palatino di Cracovia<sup>220</sup>, che sono li tre persone che fano il tutto, [*necnon brevia credentialia ad regem et barones Hungariae ac etiam ad archiducem Ferdinandum*].

Non dubito che in questo convento si parlirà di la pace cum il Turco. Et in questo io mi portirò secondo li ordini a me dati per la Santità sua, salvo si altro V.ra Signoria Rev.ma di novo non mi ni commettirà. [92r] Non so se si parrà bene che in alcun modo io parli del negocio Prutenico<sup>221</sup>. A me pare che io ni debbia parlare, ma in un modo, si lo successo di Ispagnia serrà tale che sua Santità stia ferma cum lo Imperatore; in altro modo, si quelle cose an-

<sup>212</sup> Conventus Ludovici II cum Sigismundo I, de quo infra in eadem epistula.

<sup>213</sup> Unionem calixtinorum cum Ecclesia Romana in mente habet.

<sup>214</sup> Aepus Strigoniensis Vladislaus Szalkai.

<sup>215</sup> Petrus Tomicki.

<sup>216</sup> Ferdinandus Habsburg, archidux Austriae.

<sup>217</sup> Cum Posonium (Bratislava) tantum 65 km a Vienna distet.

<sup>218</sup> Hieronymus Rorario, orator papae ad nutum legati Campeggi, apud archiducem Ferdinandum Viennae, postea nuntius in Polonia (v. Rorario, *passim*).

<sup>219</sup> Ioannes Łaski.

<sup>220</sup> Christophorus Szydłowiecki.

<sup>221</sup> Id est homagii Alberti Hohenzollern et saecularisationis ordinis Theutonicorum.

dassero perturbate. Si lo successo di Ispagnia è prospero et sua Santità per severa in la liga cum la Caesarea Maestà che fu fatta in Italia<sup>222</sup>, parlarni animosamente et farni querela per me; et anchora mi pariria necessario che lo Principe mostrasse di sentirsene da parte de l'Imperatore, et vedere si potessimo retrattare che è fatto. Si per Caesare non è stata confirmata la liga et ciè alcun dubio di discordia, parlarni più modestamente, o forse dissimular del tutto, ad causa che non mi par bene che per un negocio già fatto, al quale a pena si può remediare, ci havessemo a fare un Re poco amico, atto, per l'odio che è fra quelle nationi, ad voltarlo non difficilmente ad danno di Tudeski. Questo è lo parer mio. Ma perché porrà essere a tempo la resposta, io ni farrò quanto per sua Santità mi serrà comandato.

*[De informatione, quam desiderat habere super translatione regis Galliae captivi (post victoriam Papiensem) in Hispaniam. [92v-94v] De rei pecuniariae reformatione et variis difficultatibus, in quibus versatur Hungaria. De victoriis ab aepo Colocensi (Tomori) reportatis. De lite super canonicatu Strigoniensi solvendo. De epo Zagrabensi (Erdödi) bano Croatiae creando. [95r] De captivis a Turcis redimendis. De negotio suae pensionis et iterum de moneta nova Hungariae].* <sup>(a)</sup>-Et cum basar li piedi santissimi etc. Buda, penultimo Iulii 1525.

Di V.ra Signoria Rev.ma servitore

lo barone del Burgio nuntio etc.<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 29.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Sigismundo I, regi Poloniae  
et Ludovico II, regi Hungariae**

Romae, 22 VIII 1525.

*Gaudet de congressu, quem facturi sunt, quo imminentि periculo Turcico et haeresum divulgationi obviam eant. Hortatur regem Ludovicum, ut consiliis regis Sigismundi pareat, ab isto vero postulat, ne illi desit in rebus Hungariae melius constituendis. De quibus omnibus nuntius suus, baro Burgii (I.A. Burgio), quem commendat, cum ipsis fusius locuturus est.*

**Min.:** AV, Arm. 44, ms. 9 f. 307r-v. In f. 308v nota: "Regi Poloniae et Regi Hungariae Olomucii conventuris". In f. 307v sub textu: "duplicatum".

**- Ed.:** Balan, p. 170-171.

---

<sup>222</sup> Cfr. supra, N. 18.

## Regibus

Carissimi. Gratias agimus Deo, qui vota nostra exaudiens, Serenitates v.ras in unum copulavit<sup>223</sup>. Non enim iam dubitamus quin quae nobis curam et molestiam afferebant, extrema prius ab hostibus Turcis pericula, deinde vero graviora etiam intestinarum haeresum mala, communi amborum vestrum consilio et unanimi concordia extirpentur, cum uterque vestrum semper tantam dederit operam in honorem summi Dei et fidei catholicae conservationem, ut et nos ipsi et quicunque Deo affecti sunt, magna se vobis devinctos fateantur gratia; nam et ad Lutheranam impietatem reprimendam uterque pro Dei nomine acer et promptus extitit, et ad illam inclytam Bohemorum gentem unitati christiana restituendam, omni a vobis cura et diligentia elaboratum est. Sed ut illa bene cepta sint, sic vos ambos obsecramus in Domino, ut instare et pergre et ad extremum deducere sancta vestra consilia debeat, Dei quidem ipsius imprimis causa, sed non nihil etiam nostra, qui non verborum honore, sed vero animi affectu paternum amorem erga vos retinemus, tantumque desideramus vestram felicitatem et gloriam, quantum nostram.

Illa autem, quae nos admodum premunt et premebant, car.me fili Ludovice, quod regni tui statum<sup>a)</sup> atque ordinem cupiebamus aliqua ex parte in melius constitui, propterea quod ingenium tuum, egregium et singulare, ad aetatem perfectam consilii nondum pervenerat, nunc sunt tibi, patrui tui consilio et sapientia, constituenda. Illum, precamur, ut audias. Habet ille erga te amorem patris, sapientiam in se summi regis. Eius tu similis es futurus. Hoc enim praeclera indoles tua nobis pollicetur. Interea quidem, quae ille admonuerit, tuae erit virtutis et bonitatis non praetermittere. Laboramus animo pro te, in patris locum tibi successimus et tutela et benevolentia et cura. Da nobis hanc laetitiam, premium curarum et sollicitudinum nostrarum, ut eam, quam optamus in te virtutem et magnitudinem animi certere, celerius, quam aetas pati posse videatur, perfectam videamus<sup>224</sup>.

Tu vero, fili car.me Sigismunde, accipe etiam vias nostras et in eo filio ornando ac confirmando omnem tuam, qua plurimum vales, sapientiam exprime. Est ille tibi prope sanguine, nobis ex Deo filius, amore utrique nostrum par, [307v] ut quae ad eius decus et dignitatem pertinent, sint inter nos communia. Sed nos plurimum tua virtute, consilio, autoritate confidimus. Vellemus scribere omnia, si liceret, sed quum id non [placet?], hortamur vestrum utrumque in Domino, ut dilecto filio Baroni, nuncio nostro, homini prudentissimo et fidissimo, cui totum animi nostri sensum aperuimus, fidem

<sup>223</sup> Breve hoc responsivum esse videtur ad informationem a Buglio die 30 VII 1525 Romam transmissam, v. infra, N. 28. Interea conventus hic, ut scribebat Buglio ad Sadoleum 30 VIII 1525, "si prolunga a la festa di San Martino [11 XI]. La causa dicono per li impedimenti che tiene il Principe [Ferdinando], ma io credo per aspetare la resposta del Turco" (Fraknói ROP, p. 261). Tandem demissum est omnino de illo loqui.

<sup>224</sup> Fusius de timoribus summi pontificis, causa segnitiei regis Ludovici, v. in N. 29.

summam habere et omnia in optimam a nobis partem accipere velitis. Datum Romae, die XXII Augusti, M.D.XXV, anno secundo.

a) *Adscriptum supra verbum penitus expunctum.*

### N. 30.

**Ioannes Antonius Buglio  
Sigismundo I, regi Poloniae**

Budae, 7 XI 1525.

*Quum congressus eius cum rege Ludovico haberi non possit, refert per litteras, quae pontifex maximus ipsi communicanda mandavit: papam videlicet in bonam partem accipere homagium Pruthenicum, cum spe innixus sit regem gernina Lutheranismi in Prussia suppressurum; regnum Hungariae, ob conflictus intestinos, regiae potestatis deminutionem, Lutheranismi divulgationem (etiam in Bohemia et Silesia), et praesertim Turcis Croatiam, Slavoniam, Transilvaniam et Moldaviam iam iam invadentibus, in extremo periculo versans, e vestigio reformandum esse: thesaurum et distributionem stipendiorum melius ordinanda, officium cancellarii regni Stephano Brodarics committendum aliaque, cooperantibus summo pontifice et illo, introducenda. Plura coram diceret, si ipsum convenire posset. Recenset nova, litteris 15 X datis allata, de pace inter regem Angliae et Gallos inita, de regis Galliae capitivi infirmitate, de ducis Borbonii in Hispaniam ex Italia discessu et de spe pacis condendae a summo pontifice concepta.*

**Or.: Warszawa, BN, BOZ, Theca Górska 6, f. 82r-85r (n. 592).** In f. 85v inscriptio et sigillum. In textu correctiones manu Stanislai Górska factae, quae plerumque constant in substitutione minuscularum litterarum nominum litteris maiusculis, ut ita textus accommodetur regulis Actorum Tomicianorum apparandorum.

- **Cop. coaevae:** Wrocław, BOSS, ms. 177 II f. 324v-327r (ms. Stanislai Górski, cum datatione).
- **Ed.:** Działyński AT VII, p. 333-336 (cum aliquot omissionibus); Kraków, BJ, ms. 6549 p. 586-592 (ms. Stanislai Górski, sine datatione).
- **Cop. saec. XVI:** Kórnik, BPAN, ms. 213 p. 442-448.

Ser.ma ac Sacra Regia Maiestas.

His superioribus diebus commiserat et mandaverat mihi Ss.mus Dominus noster, ut nomine suaee Sanctitatis Maiestati v.rae aliqua exponerem.

Quae ego commodius fore putaveram coram ea Maiestati v.rae referre, si per Maiestatem v.ram licuisset, vel pocius per negligenciam nostram, conventum indictum celebrari<sup>225</sup>. Nunc vero, quum mihi omnis spes prorsus sit adempta conventus illius, cogor ea Maiestati v.rae perscribere.

Intellexerat Sanctitas sua pacem inter Maiestatem v.ram et magnum Prussiae Magistrum initam ac omnes causas et raciones, quae ad pacem in eundam iis condicionibus Maiestatem v.ram moverunt. Quae causae omnes luculentissime mihi per dominum Premisiensem ex mandato Maiestatis v.rae fuerant perscriptae<sup>226</sup>. Ad quas, etsi non minus iustis et persuasoriis rationibus posset ex altera parte responderi, tamen quia Maiestas v.ra eas iudicavit sibi ac Regno suo necessarias, et cum adhuc causas, quae Magistrum moverunt, sua Sanctitas non intelligat, nihil ad praesens ad causas illas sua Sanctitas iudicat esse dicendum, quum sibi persuasum sit maxime multis et variis documentis a tam prudentissimo ac christianissimo Principe nihil potuisse attentari, quod sanctitatem et prudenciam non saperet. Speratque Sanctitas sua fore, ut illa provincia, haeresi nefaria infecta, postea quam in dicionem et oboedienciam Maiestatis v.rae venerit, sua prudencia et severitate in pristinum Dei cultum redacta erit. De qua re tanto maiorem spem sua Sanctitas concepit, quanto Maiestas v.ra litteris suis sua sponte innuit se esse praestaturam, ad quod in Domino Sanctitas sua hortatur paternae Maiestatem v.ram. Ad pietatem et gloriam Maiestatis v.rae accedet etiam hic non parvus cumulus futurus laudum Maiestatis v.rae. Dicerem [82v] haec longioribus verbis, nisi scirem id esse Maiestatis v.rae ingenium in rebus fidei defendendis, quod soleat cogitationes suae Sanctitatis, ne dicam petitiones et adhortationes, saepius praevenire.

Cupiebat Sanctitas sua etiam, ut instantissime agerem cum Maiestate v.ra de ordine huic Ungariae Regno, omnino perituro, ponendo, aliquasque vias ad id perficiendum ut Maiestati v.rae declararem et Maiestati v.rae omnibus viribus meis inservirem<sup>227</sup>. Quod (<sup>a</sup>certe eo libencius<sup>a</sup>) fuisse facturus praesens, quo melius conceptus (<sup>b</sup>animorum dicuntur quam scribuntur<sup>b</sup>). Nunc vero, quum in dies velocissime ad ruinam Regnum hoc currat, quid aliud possum dicere Maiestati v.rae, quam cum eadem plorare calamitates totius Christianae Reipublicae ruentis. In ea tempora incidimus, ut nulla ex parte aliquem locum invenire possimus, ubi vel sediciones intestinae, vel crudelissimorum hostium arma, vel nefariae haereses non debachantur. Quae res, etsi singulae per se satis superque sint ad regnum unum destruendum, nescio si Dei ira, quam scelera nostra in nos provocant, vel aliqua alia occulta Dei providencia et causa effectum est, ut omnes tres in hac provincia et crescant et ita firmissimis radicibus in dies propagentur, quod non facilli-

<sup>225</sup> Agitur de conventu Sigismundi I cum rege Hungariae Ludovico II, de quo v. supra, N. 28-29.

<sup>226</sup> Cfr. epistulam Andreae Krzycki, N. 20.

<sup>227</sup> Cfr. supra, N. 29.

mum videtur inde extirpari posse a valentissimis et diligentissimis quibuscumque cultoribus.

Quid sperandum sit a negligentibus, Maiestas v.ra considerare potest. Ordines dominorum inter se divisi sunt. Sunt etiam et Nobiles a dominis divisi<sup>c)</sup>. Maiestas Regia trahitur ad vota quoruncumque. Propter quas divisiones fiunt quotidie conventus iniussu regio; fiunt eciam et conventicula, quae etsi speciem medicinae pre se ferant, abscondunt tamen crudelissimum venenum, et cum [83r] ad eum finem dicant tendere, ut authoritatem Maiestatis Regiae tueantur, Maiestatem Regiam ad id adducunt, ut apud omnes nullius vel admodum parcae sit existimacionis et authoritatis. Cogitur Maiestas sua conventibus et conventiculis ac confoederationibus, absque scitu Maiestatis suae factis, postea in honestissimis condicionibus consentire. Quae res facit, ut dum unis Maiestas Regia consensum praestet, alteris seminarium paret, et det inicium et fomentum. Et in tantum hoc ordine processimus, quod verendum est, ne aliquando aliquis talis conventus huiusmodi sediciosorum hominum fiat, ut tota authoritas Maiestatis Regiae aperto Marte pereat.

Haeresis quantum in Slesia, Moravia et Boemia vigeat, quid opus est dicere, quum Maiestas v.ra et prius ista quam nos audiat, et eciam propter vicinitatem senciat? Sed haec antiqua est querimonia. Hic vero in Ungaria nulla est civitas, quae Germanis vicina sit, quae vel in cordibus hominum secreto, vel in concionibus publice non det huic sectae fomentum. Sed ut reliqua taceam, in Civitate regia Budensi quantum haec labes vigeat, vel fassiones unius, qui morte damnatus est, liquido possunt ostendere. In quibus fassonibus tot cives vocantur et cittantur, ut fuerit his dominis consulcius visum, ut supprimerentur potius, quam in lucem venirent, verentes, ut aiunt, ne Civitas ditissimis civibus privata, in oppidum evaderet<sup>228</sup>. Sed quid de Civitate ego loquor? Utinam altius et proprius hoc malum non serperet, nihil ego taccerem, si praesens cum Maiestate v.ra essem; nihil foret Maiestati v.rae occultum. Nunc vero non sunt omnia litteris committenda. Quam potens sit hostis communis, stultissimum esset Maiestati v.rae recensere, quum<sup>d)</sup> Maiestas v.ra eius vires non sine maxima sui regni iactura tot annos, [83v] inter tot alia bella, sola sua prudencia et fortitudine substituerit et saepius, ita Deo dante, fregerit.

Sed quam nos simus invalidi ad tantum hostem sustinendum, quam imparati quamque negligentes, pauca dicam. A<sup>e)</sup> Croacia incipiens usque ad Moldaviam, per quas terras confinia huius Regni fere omnia cum inimicis protenduntur, ab uno mari scilicet usque ad aliud, fere nullus est locus ita munitus, ad quem vel astu, vel armis inimici facilime penetrare non possint. Ad haec accedunt animi populorum, per negligenciam nostram et importunam ac acerbissimam dominorum exactionem ita exasperati, ut incipient de rebus suis cogitare et quovis damno servitutem mutare potius, quam haec

<sup>228</sup> Fusius de hoc casu scribit Buglio in epistulis 9 et 30 VIII 1525 datis, v. Fraknói ROP, p. 256, 262.

pati. Auditur enim Dominos omnes Croatas unitos esse et accepturos esse propediem condiciones, quamvis iniquas, a Turcarum Tyranno oblatis, idque non secreto, sed aperte indicant per proprios oratores Maiestati Regiae<sup>229</sup>. Quid credit Maiestas v.ra, quid sint facturi alii, quum se videant in simili necessitate constitutos ad exemplum D.num Croatarum? Et quis populus est in Ungaria, qui in eadem navi cum D.nis Croatis naufragium non faciat quotidie?

Certe admodum pauci post Croatas sunt Sclavi<sup>230</sup>, qui divisi sunt in multas partes. Neque tantum potuimus aut voluimus posse, ut eis opportunum et non contemnendum Banum daremus. Et dum de Bano Sclavis dando nos hic disputamus, interea ibi proventus Regni dissipantur et Sclavoniam ammittimus<sup>231</sup>. Post hanc veniet Iaiza, proh dolor Iaiza, tot sudoribus antiquorum nostrorum a manibus hostium per vim et virtutem ablata, munitissima Civitas, per quam solam esset nobis spes [84r] aliquando totum Bosnae Regnum recuperandum, in tantam calamitatem devenit, ut careat omni comeatu, et multi sunt dies, quod panem non comederint, et mox timendum est, ne per famem ad manus hostium deveniat<sup>232</sup>. Habemus inde Varadinum Petri, quod Oppidum<sup>233</sup>, virtute D.ni Colocensis, unquam satis laudati viri<sup>234</sup>, huc usque substinemus. Sed nunc, quum sint gentes omnium dominorum et Comitatum inde revocatae et Colocensis cogitet ad Maiestatem Regiam propediem, quo in periculo relinquetur Castrum illud, relinquo ut Maiestas v.ra cogitet. Themesvarum est postea, cui praefecimus duos Comites, certe bonos et strenuos, si possent gentes suas alere. De Transalpina Moldavia et Transylvania, quo in statu sint, nihil attinet dicere. Sunt Maiestati v.rae vicinae et inde veriorem poterit a suis haberi relacionem.

Haec omnia, et his etiam peiora mala, eo consilio visum est suaे Sanctitati [commemorare], quod potuissent provideri et curari, ut in primis proveniens regii in certum ordinem redigerentur, iique bonis hominibus darentur in arrendam; ac omnibus Capitaneis, qui fines tuentur, certa stipendia sua assignarentur apud eos mercatores, qui proventus regios arrendarent, quod quisque sciret deputacionem suam; sumptus a Maiestate Regia reformarentur atque in certum ordinem reducerentur; cavereturque etiam gravissimis censuris, ut quilibet integras gentes, pro quibus ei solutum est, in finibus quos tueretur detineret; quilibet ex aulicis Maiestati suaे serviret iis equis et armis, ad quae se Maiestati suaе astringit; unus Thesaurarius constituere-

<sup>229</sup> Oratorem Croatarum egit, una cum aliis, Simon Erdödy († 1543), epus Zagrabiensis ab a. 1519, v. Buglio in epistula die 30 VIII data (ut supra, Fraknói ROP, p. 262).

<sup>230</sup> Agitur procul dubio de incolis hodiernae Slavoniae.

<sup>231</sup> Agebatur de eodem episcopo Zagrabensi bano creando (ibidem, p. 262).

<sup>232</sup> Jaice in Bosnia, quae a. 1523 ab obessione Turcarum liberata erat a comite Christophoro Frangepan et postea difficulter retenta.

<sup>233</sup> Pétervárad, oppidum et arx in alta ripa Danubii sita.

<sup>234</sup> Paulus Tomori OFMObs († 1526), strenuus miles adversus Turcas, antequam ordinem ingressus sit, aepus Colocensis ab a. 1523. De eius virtute et meritis diffuse scribit Buglio in eadem epistula 30 VIII data (Fraknói ROP, p. 259-262); de defensione Varadini Petri v. Fraknói ROP, p. 92.

tur, qui probitate vitae et moribus ac integritate esset Maiestati Regiae probatissimus. Cancellarium speramus [84v] bonum fore Brudericum<sup>235</sup>, pro quo Maiestas v.ra et Sanctitas sua intercesserunt apud hanc Maiestatem et apud d.num Strigoniensem<sup>236</sup>; et ab ambobus mihi iam promissum est, et spero, quod propediem promulgabitur Brudericus Cancellarius, si fides erit apud quos esse debet. De Palatino moderno<sup>237</sup> bene Sanctitas sua sperat. Est enim suae Sanctitati cognitus Romae in legacione, quam habuit apud illam Sedem<sup>238</sup>, qui et litteris et verbis multa Sanctitati suae pollicetur. Interponeretur autoritas Maiestatis v.rae cum autoritate Sanctissimi Domini nostri, nec non et subsidio et auxilio posset aliquis ordo constitui, qui foret non solum huic Regno utilis futurus, sed Regno Maiestatis v.rae et toti Christianae Reipublicae.

Haec omnia diffusius et subtilius fuisse Maiestati v.rae dicturus, ac aperuissem Maiestati v.rae authores scelerum et rapinarum, destructores autoritatis regiae, remedia ad singula opportuna, quae essent Regi profutura, sine aliorum dolore et displicencia, quae non potuissent adhiberi quin alios offenderent. Nihil enim reliqusem intactum, quae et si non tuto, non commode per litteras significari possunt. Volui Maiestati v.rae haec ex multis dixisse, ut si Maiestati v.rae placuerit, quum suos Oratores huc destinaverit, praecipiat eis, ut mecum communicent Maiestatis v.rae super his rebus consilium. Ego etiam eis Domini mei consilia aperiam, et paribus ac multis consiliis, postquam Maiestati v.rae non visum est convenire, agrediamur rem. Forsan Deus dabit, ut auspiciis Ss.mi Domini nostri et Maiestatis v.rae aliquid boni poterimus facere. Nec Maiestas v.ra relinquat dare in mandatis de rebus Bohemicis, [85r] Slesiticis et Moravicis, pro qua re Sanctitas sua summopere rogit Maiestatem v.ram.

Pax inter Ser.mum Angliae Regem et Regnum Franciae effecta est perpetua<sup>239</sup>. Rex Galliae captivus<sup>240</sup> infirmus fuit his superioribus diebus ad mortem et rumor fuit mortuum fuisse; postea intellectum est ipsum convalescere

<sup>235</sup> Stephanus Brodarics (1471-1539), secretarius regis Ludovici II ab a. 1524, eiusque orator Romae, regi Poloniae amicissimus; postea epus Sirmiensis (ab a. 1526) et Vaciensis (1539). Nominatus est Regni Hungariae cancellarius eodem anno 1525. De tractationibus v. Buglio apud Fraknói ROP, p. 258.

<sup>236</sup> Aepus Vladislau Szalkai.

<sup>237</sup> Stephanus Verböczy (1483-1541), electus est palatinus Hungariae in comitiis in Hatvan celebratis 4 VII 1525; coactus est huic officio renuntiare 28 IV 1526 (cfr. Fraknói ROP, p. 233 et 373). Post cladem Altinensem (Mohács) cancellarius regis Ioannis Zápolya.

<sup>238</sup> Anno 1517 missionem explevit nomine novi regis Ludovici II Romae et in comitiis Imperii Vormatiae celebratis.

<sup>239</sup> Buglio hic se refert verisimiliter ad quoddam scriptum, cui titulus *La pace et liga perpetua tra li ser.mi principi Re Christianissimo de Francia et Defensor della fede Re de Inghilterra*, editum in Italia (exemplar sine data et loco editionis in BV), in quo tractatus secretus inter regem Angliae Henricum VIII et Ludovicam, matrem Francisci I, regis Galliae, tunc captivi, die 30 VIII 1525 in Moor Park conclusus (cfr. Mackie, p. 316), publici iuris factus est.

<sup>240</sup> Franciscus I, in captivitate apud imperatorem Carolum V post victoriam Papiensem manebat, in Hispania detenus.

iam. Dux Borboniae ex Italia solverat Hispaniam versus<sup>241</sup>. Ss.mus Dominus noster sperat bonam concordiam et pacem, etsi haec nova confoederatio videatur non nihil impedimenti huic rei esse allatura. Sed tamen quum hae litterae datae sunt, nihil certi habebatur. Litterae datae sunt XV die Octobris. Et me meaque servicia v.rae Maiestati commendo. Budae, VII Novembris 1525.

(g-E[iusdem] V[estrae] Maiestatis certus servitor

baro Burgii, nuntius in Hungaria etc<sup>g)</sup>

a-a) *Adscriptum in margine.*

b-b) *Adscriptum supra.*

c) *Hic in margine codicis Cornicensis (ms. 213) adscriptum est alia manu:* Tak w Polscze wlassnie.

d) *Correctum a Górski ex: cum*

e) *Correctum a Górski ex: De*

f) *Correctum a Górski ex: A*

g-g) *Autographum.*

## N. 31

**Sigismundus I, rex Poloniae**  
**Ioanni Antonio Buglio**

[Cracoviae, XI 1525].

*Promittit se nuntios, quos summus pontifex mittit in Moscoviam pacis inter ipsum et magnum ducem componendae gratia, bene accepturum esse. Dolet de defectione regis Suetiae (Gustavi Vasa) ad Lutheranos.*

**Reg.: Warszawa, AGAD, Lib.Leg. 5 f. 253v.**

Domino Baroni

Magnifice, nobis sincere dilecte. Accepimus litteras vestras, quibus scribitis Ss.mum Dominum nostrum mittere Moscoviam gratia pacis inter nos et Ducem illum componendae, suadet[is]que nobis illius Sanctitatis nomine, ut pacem ipsam amplectamur<sup>242</sup>. Nos, neque huius neque ullius alterius belli authores unquam fuiimus, nostra duntaxat, ut debemus, tutari semper adni-

<sup>241</sup> Fusius de hoc Caroli de Bourbon (1490-1527), ducis exercitus imperatoris Caroli V, ex Italia in Hispaniam reditu scribit etiam Ioannes Dantiscus in epistula ad Petrum Tomicki, 1 XI 1525 Toleti data, v. Działyński ATVII, p. 332.

<sup>242</sup> Epistula haec desideratur. De missione Ioannis Francisci Cito ad magnum ducem Basiliū, illi 14 X 1525 in consistorio demandata (Korzeniowski AR, p. 87), v. Cito passim.

xi sumus. Pacem igitur cum ipso Duce, neque respuimus antehac, neque nunc causa rei christiana et Ss.mi Domini nostri respuemus, si qua citra magnam iacturam et ignominiam nostram continget, id quod Oratores ipsi Ss.mi Domini nostri abunde ex nobis cognoscent.

Regem Suetiae non libenter audimus Luteranismo imbutum<sup>243</sup>. Si enim videtur perquam difficile pestis haec extingui posse, vulgo duntaxat maiori ex parte infecto, quanto magis difficultis erit, ubi ad reges dimanabit. Et proinde agemus nos quidem cum illo, licet inter nos nulla intercedat amicitia tam familiaris, ut a relligione [sic] maiorum suorum non desciscat. Verum opus erit profecto, ut Ss.mus Dominus noster tandem aliquid dignum sua sapientia et tanto discrimine agrediatur, ne postea lacius res serpat, quam [254r] ut aliquo consilio vel vi mederi possit. Optamus vos bene valere. Datum [...]<sup>a)</sup>.

<sup>a)</sup> *Antecedentes litterae sunt mense Novembri 1525 datae.*

## N. 32.

**Ioannes Antonius Buglio  
Iacobo Sadoleto**

Budae, 16 XI 1525.

*Respondendo ad eius litteras, 15 X datas, notum facit se scripsisse epistulas in Poloniā, quibus proposuerat matrimonium reginulae (Hedvigis) cum marchione Mantuano (Friderico Gonzaga); recordatur tamen difficultatum, quae iam antea, cum in Polonia fuerat, a Polonis factae sunt propter alias propositiones matrimoniales regi a Gallis oblatas. Describit dotes animi et corporis reginulae necnon colloquium, quod tunc cum illa habuit.*

**Or.:** AV, Nunz.Germania 55 f. 123r-126r. In f. 126v inscriptio, vestigia sigilli et (alia manu) summarium.  
**- Ed.:** Fraknói ROP, p. 280-282.  
**- -** Pociecha KB II, p. 594 (fragmentum).

Rev.mo Monsignore et Patronē honorando.

<sup>243</sup> Gustavus I Vasa (1496-1560), rex Suetiae ab a. 1523, Lutheranismum ab a. 1524 aperte introducere in regnum suum coepit, v. Martin, p. 221-242.

L'ultime di V.ra Signoria Rev.ma son state di XV del passato<sup>244</sup>, le quali ricevi ali V. Et ho anchora havuto tutte l'altre lettere che per quelle mi accusa, ale quale ho fatto resposto per le mie di dua [sic] di Octobre, di X et di XXIX, di le quali resto creditor. Hor, rispondendo a queste di XV, dico che di continente scripsi in Pollonia tre lettere: l'una a la Regina, l'altra al palatino et un altra al vescovo di Cracovia, proponendo lo matrimonio del sig. Marchese di Mantua in quel meglio modo che ho saputo, conformandomi alo comandamento di sua Santità<sup>245</sup>. Et spero che non parirà incredibile che lo negocio lo proponi io da me, perché quando fui in Pollonia mi accadi ragionarvi del medesimo parentado cum la Regina et cum il palatino, parlando a caso di li parentadi che ci forno in Italia per quella Signora<sup>246</sup>. Ma in quel tempo erano Polloni molto alti a la mano, perché eran stati certi trattati poco giorni inanzi fatti per un Ambaxatore di Franzia, (<sup>a</sup>-che offeria-<sup>a</sup>) il parentado di la figluola per il figluolo del Re Pollono et per la figluola il Re di Scotia<sup>247</sup>. Polloni, como sono molto fomosi, attesero ala preposta [sic] et mandaro[no] Ambaxatore al Re ad offerire il parentado del Principe di Pollonia per la figlia del Christianissimo, cum conditione però che il Delphino pigliasse questa figlia del Re<sup>248</sup>. Li quali trattati si risolvero in aqua. La intentione del Christianissimo era di far mover querra a l'imperatore da queste parti. Di tutte queste cose allhora io scripsi a sua Santità<sup>249</sup>.

L'altra difficultate che trovava era che Polloni non hano anchora giurato Principe l'infante<sup>250</sup> e di questa Maestà non hano altro figluolo. Et vedendo il Re vecchio et l'infante assai giovane, mi parve comprendere alhora che volessero tener questa figluola infra loro, per ogni caso che potesse intravenire. La quale per essere tutta Polacca et di buona natura et di bellissimo et venustissimo volto, di mediocre statura, ben [123v] criata [sic], et mostra di havere ingenio, il Re la tiene cum Corte, como [l]a Signora devotissima et dedita ad oratione, misse et elemosine sopra la età sua. E' veramente degna di ogni parte che lo Sig. Marchese ni haveria di restar molto satisfatto. Chiamasi Hedvis.

Et poi che sono in questo, non mi par for di proposito dire a V.ra Signoria quel che io parlai cum lei quando la visitai et quel che respose da se a se. Io li

<sup>244</sup> Desiderantur.

<sup>245</sup> Epistulae ad reginam Bonam, palatinum Cracoviensem Christophorum Szydłowiecki et epum Cracoviensem Petrum Tomicki, de matrimonio ineundo a Friderico II Gonzaga († 1540, marchione Mantuae ab a. 1519), cum reginula Hedvige non inveniuntur. Negotium hoc expresse in commissis habebat nuntius Ioannes Fabro (v. infra). Fusius de his tractationibus scribit Pociecha KB II, p. 404 et 524.

<sup>246</sup> Tractabatur tunc verisimiliter de despoundsa Hedvige filio ducis Ferrariae, Herculi d'Este.

<sup>247</sup> De propositionibus matrimonialibus tunc ab Antonio Rincon factis v. supra, N. 11.

<sup>248</sup> Hieronymus Łaski, missus in Galliam initio a. 1524 (v. supra, N. 11), i. a. habebat in commissis, ut de matrimonio copulandis ageret Henrico, filio secundogenito regis Galliae Francisci, cum reginula Hedvige (vel Isabella), ac Sigismundo Augusto cum filia illius regis, Margarita (vel Magdalena). V. eius instructionem apud Działyński ATVI, p. 211.

<sup>249</sup> Cfr. supra, N. 11.

<sup>250</sup> Sigismundus Augustus, natus a. 1520, successor regni nondum electus erat, quamquam regina Bona eiusmodi electionem a senatu postulabat.

dissi che era stato mandato da la sua Santità in Pollonia per vendicar la Italia di una iniuria che la Maestà del Re l'havea fatta et dubitava io che la vindetta cadesse sopra la Serenità sua. La iniuria era che la Maestà del Re havea livato da Italia una Regina et menatola in Pollonia, et la vengia era che sua Santità volea livare una Regina da Pollonia et minarila in Italia. Et io cridea che havea di essere sua Serenità. Quella respose da per se in lingua sua che ella nocte et giorno pregava Dio per la vita et felice stato di sua Santità como obediente sua figluola, et così pregaria per lo advenire.

Io attendirò la risposta, et venuta che serrà, di continente expedirò una posta<sup>251</sup>. Le lettere per Pollonia parterò [sic] a VII dì di questo. Del Mastro di Prussia non si ne ragiona più. Et io credo che sia stata una faula [sic]<sup>252</sup>. Si dissì poi che havea di pigliare la sorella del Duca di Mazovia<sup>253</sup>. L'habito lo have buttato affatto.

*[Sequitur longa descriptio rerum ad Hungariam et Bohemiam spectantium].* <sup>b</sup>Buda, XVI Novembbris 1525.

Al servitio di V.ra Signoria prontissimo

lo barone del Burgio, nuntio in Ungaria<sup>b)</sup>

a-a) *Adscriptum in margine.*

b-b) *Autographum.*

### N. 33.

**Clemens VII, pontifex maximus**

**Ioanni Antonio Buglio**

Romae, 21 VII 1526.

*Committit ei, ut se quamprimum ad Sigismundum regem Poloniae conferat, auxilium ipsius contra Turcas Hungariam invadentes petiturus.*

**Min.: AV, Arm. 40, ms. 12 f. 33r-v.**

<sup>251</sup> Hanc respcionem habuit nonnisi mense Maio anni sequentis. 5 VI 1526 scribebat enim Iacobo Sadoleto: "La Regina di Pollonia mi risponde a le prime mie lettere che io scrissi del negocio del Sig. Marchese di Mantua molto freddamente, como V.ra Signoria vederà per la lettera di sua Maestà. Non so como arispondirà la Maestà del Re, che per essere in Prussia, non ni ho possuto haver respuesta cum questo correro" (Fraknói ROP, p. 393).

<sup>252</sup> Id est de despnsanda Hedvige Alberto, cfr. supra, N. 18.

<sup>253</sup> De hoc proposito Alberti nubendi Annae (1498/500-1557), sorori ducis Masoviae Ianussii, nulla alibi inventur mentio. Paulo postea (mense Martio 1526) Albertus proposuit eam nuptui dare Gulielmo, suo fratri, cfr. Pociecha KB II, p. 410-411. A. 1536 despnsata fuit Stanislao Odrowąż de Sprowa, palatinus Russiae.

## Baroni Burgii, nuntio in Ungaria

Dilecte fili etc. Augent dolorem nostrum in dies et tuae et aliorum litterae, quo Regis<sup>254</sup> Regnique istius pericula certiora propioraque esse nobis significant. <sup>(a)</sup>-Itaque ad omnia remedia circumspicientes<sup>(a)</sup>, maxime opportunum et necessarium fore iudicavimus, ut tu ad carissimum in Christo filium nostrum Sigismundum, Poloniae regem etc., statim te conferas, eiusque Serenitatem, in qua una aliquid spei nobis adhuc restat, nostro et Sanctae huius Sedis, ac imprimis Domini nostri Iesu Christi, cuius res praecipue agitur, nomine horteris et obtesteris, ut ne dum regiam et privatam fidem suam ei, qui nemini unquam fidem pactumve ullum servare solitus est<sup>255</sup>, neque adeo nunc Serenitati eius servat, quando in eius Regnum octo Tartarorum millia immittere iam molitur<sup>256</sup>, praestare et servare studet, divinam et catholicam omnium nostrum fidem, cum totius istius Regni Serenissimique et carissimi Nepotis sui interitu, ruere et perditum iri pati velit. Id, quod cum eius quoque Serenitatis Regni statusque perditione quam sit con[33v]iunctum futurum, et ipsa per se facile poterit cognoscere, et tu illi, qui huiusmodi melius istic praesens quam nos nosti, plane declara[bis].

Itaque tibi mandamus, ut his perfectis litteris, quamprimum<sup>b)</sup> ad id peragendum, caeteraque omnia, quae ad eiusdem Regis et Regni istius salutem christiana deque fidei et nominis decus et conservationem spectare duxeris, apud eius Serenitatem procuranda, proficiscaris. In quo ad solitam diligentiam et prudentiam tuam, eam celeritatem et curam adjunctam abs te requirimus, quam rerum istarum status summam sibi exposcere nobis videatur.

Datum Romae etc., die XXI Iulii M.D.XXVI, anno tertio.

<sup>a-a)</sup> *Additum in margine pro expuncto in textu:*

Verum multo illud magis auget, quod neque nos maiora istuc subsidia, quam quae misimus, mettere in praesenti possumus, neque alii christiani principes ad suam quisque opem ferendam, ut totiens nos eos hortati et obtestati sumus, ita se festinos praebent, ut et rei necessitas et officii pie-tas postulare omnino videbatur. Sed nos, quod ad nos attinet, ubi re ipsa et factis nequaquam possumus, deficerere plurimis

cogimur difficultibus, non certe nec voluntate, nec cura, nec cogitatione ulla desumus, quibus tanto imminentि malo aliquod semper remedium inveniamus.

Quare cum aliunde, vel propter locorum distantiam, vel propter alias causas, quas nos nescimus, nihil iam aut parum praesentis auxiliū istic expectandum sit.

<sup>b)</sup> *Sequitur expunctum:* ad eundem Poloniae regem

254 Ludovicus II Iagellonides.

255 Solimanus II imperator Turcarum.

256 Re vera aliqui asserebant usque ad 40 milia Tartarorum aestate a. 1526 provincias meridionales et orientales Poloniae invasisse, cfr. Pociecha KB II, p. 125.

## N. 34.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Sigismundo I, regi Poloniae**

Romae, 21 VII 1526.

*Ioannem Antonium Buglio, nuntium suum ad ipsum proficiscentem, commendat.*

Min.: AV, Arm. 40, ms. 12 f. 32r.

Regi Poloniae

Carissime etc. Mandavimus dilecto filio Ioanni Antonio Pulleoni, Baroni Burgii, nuntio in Hungaria nostro, ut se inde ad Serenitatem tuam conferret, nonnullaque nostris verbis communicaret, quae ad christianitatis praecipue salutem et ad tuae Serenitatis honorem et laudem pertinere nobis visa sunt. Hortamur Serenitatem tuam in Domino<sup>a)</sup>, ut fidem illi summam rerum omnium habere, eaque procurare et facere velit, quae virtute sua eximia, singularique in Deum et christianam fidem pietate digna esse cognoverit. Quod nobis a Serenitate tua futurum est gratissimum. Datum Romae etc., die XXI Iulii M.D.XXVI, anno tertio.

<sup>a)</sup> *Sequitur expunctum:* quanto animi studio possumus, pro ea virtute et in Deum christianamque fidem pietate, qua semper ipsa apud omnes in omnibus suis

factis clarere studet, ita se praestare in iis, in quibus a dicto barone requiretur, Dei ipsius honoris et eius fidei conservationis causa velit

## N. 35.

**Clemens VII, pontifex maximus  
Ioanni Antonio Buglio**

Romae, 27 VII 1526.

*Eius praeviā missionē revocat et ut tempestive Romā redeat committit.*

Min.: AV, Arm. 40, ms. 12 f. 36r.

## Baroni Burgii

Dilecte fili etc. Accidit nobis in praesenti, ut nonnulla nostra et Sedis Apostolicae maximi momenti negotia hic tractanda sint, in quibus persona et opera tua potissimum est necessaria. Quare mandamus tibi, ut his lectis litteris, rebusque iis omnibus, quae tibi istic nostro nomine in Regni istius subsidium conficienda adhuc restant, ea diligentia, fide et prudentia, qua summa hucusque caetera fecisti, peractis et constitutis, cum bona Regis ipsius venia et gratia, illico ad (<sup>a</sup>-hanc Almam<sup>a</sup>) Urbem te conferas et coram nobis sistas, quod magno cum desiderio (<sup>a</sup>-a te<sup>a</sup>) expectamus. Datum Romae etc., die XXVII Iulii M.D.XXVI, anno tertio.

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum supra.*

## N. 36.

**Sigismundus I, rex Poloniae**  
**Ioanni Antonio Buglio**

Cracoviae, [IX 1526].

*Dolet de clade Hungarum (ad Mohács) a Turcis inflictam. Mittit oratorem suum, qui plus informationis ipsi adferret et quibus remediis Hungarum succurri possit explorabit. Petit, ut et ipse postulet a summo pontifice modum ruentis reipublicae Christianae subveniendi.*

**Min.:** Warszawa, BN, BOZ, Theca Górska 6 f. 199r (n. 656). In margine sinistro nota manu Stanislai Górska exarata: "1526. Septembris".

**Cop.:** Kraków, BJ, ms. 6550 p. 286-287.

**Ed.:** Działyński AT VIII, p. 223 (e codice olim Rogalinensi).

Ioanni Antonio Pulleoni, Baroni Burgi etc.

Magnifice, sincere nobis dilecte. Accepimus infoelicissimum eventum Serenissimi d.ni Ludovici, Ungariae et Bohemiae Regis, quanto dolore et amaritudine animi nostri, facilius est unicuique existimare, quam nobis exprimere<sup>257</sup>. Et quia cum de salute illius Maiestatis, tum etiam de reliquis rebus, uti se habent, adhuc plane incerti sumus, mittimus istuc nuncium nostrum,

<sup>257</sup> Maxima clades, 29 VIII 1526 ad Altinum (Mohács) exercitui Hungaro a Turcis illata, in qua plurimi optimates regni et ipse rex Ludovicus II occisi sunt.

ut de omnibus quam primum certiores esse possimus, rogamusque tuam Magnificentiam, ut nobis significare velit, quid cum illius Maiestate et statu istius Regni sui agatur, detque operam consilio et adhortationibus suis, cum apud Ser.mam istam Reginam<sup>258</sup>, tum etiam reliquos dominos et proceres, subditos eius Maiestatis, ut pro amore Domini sui et suae ipsius et patriae suae salutis causa curare velint, quo id, quod reliquum salutis et opportunitum facto adhuc restare videtur, non praetermittant, sed quam primum quicquid consilii et auxilii praestari possit pro conservandis istis Regnis in tanto communi casu, non desint officio et debito suo<sup>259</sup>.

Sanctissimo etiam Domino nostro significet citra moram tua Magnificentia hunc tantum casum, non solum Regnorum istorum, sed etiam totius Reipublicae Christianae, ut iam tandem illius Sanctitas adnitatur illam tam diu parturitam expeditionem adversus hunc hostem ad effectum adducere et bella intestina christianorum sopire, ne quod nobiscum nunc agitur, brevi et ad eius Sanctam Sedem et reliqua regna christiana evertenda haec tempes-tas perveniat. Faciet tua Magnificentia pro sua fide et sedulitate et communi bono, quam in illa semper cognovimus, nos vero modis omnibus, quibus poterimus, deesse nolumus, ut debemus, Regno isti Ungariae et Reipublicae Christianae, utcunque haec alea fortunae sese verterit. Bene valeat tua Serenitas [sic].

---

<sup>258</sup> Maria Habsburg.

<sup>259</sup> Oratorem regis Sigismundi egit Nicolaus Nipszyc, cui commissum est inter alia: "Visendus etiam erit per te d.nus Baro, nuntius et legatus Sedis Apostolicae, cui declarabis nobis esse gratissimum, quod se adhuc in Regno Ungariae contineat, speramus enim, quod eius consilio et ope summi Pontificis, nobis laborantibus multum commodi sit accessurum" ("Legatio data Nicolao Nipszyc in Ungariam misso ad primam nunciationem de profligatis Ungaris a Turcis", Działyński AT VIII, p. 212).